*PHARMACOPOEIAE,*

# MEDICO-CHYMICÆ,

*LIBER II.*

# DE OFFICINA.

## CAP. I.

*De Definitione & diſtributione Officinæ.*

OFFICINA eſt pars pharmacologiæ, quæ ſeriem rerum medicamentalium ſecundum claſſes officinales deſcribit.

N. *Subiungimus claſſibus præparatorum compoſita quæque famoſiora ac celebriora, vtpote quæ non modo non patiuntur ad ſpecialiores libros referri, ſed & viſa ſunt regularum illuſtrationi inſeruire.*

Claſſes officinales voco quæ officinis ſunt vſuales, ſiue extemporaneo vſui eæ deſtinentur, ſiue aſſeruationi vſuique futuro. Suntque claſſes hæ tum Natiuorum, tum Præparatorum.

Natiua ſunt triplicis ſortis: vel enim ſunt naturæ macrocoſmicæ, vel vegetabilis, vel animalis.

E regno *macrocoſmico* ſunt mineralia vulgo dicta: Terræ, Aquæ, Lapides, Metallica ſeu mercurialia, ſalia, & ſulphura.

Ex familia *Vegetabilium* ſunt: 1. Aromata, Cortices, Flores, Folia ſeu herbæ, Fructus, *Fungi*, Ligna & *Viſca*, Radices, Semina. 2. *Succi*, Olea, Reſinæ, Gummireſinæ, Gummi.

Ex *animalium* proſapia ſunt: 1. Animalia integra; Partes carnoſæ, membranoſæ, Cornua, Oſſa, cruſtacea ſeu teſtacea, Lapilli, Lac, Fella, Medullæ, Pinguedines ſeu axungiæ, Sanguis, Seua, Stercora, Vrina, Vngues & Vngulæ, Coagula.

Et hæc ſingula generatim hoc libro deſcribuntur, ſubiunctâ ſerie ſuorum præparatorum.

Præparata ſunt: Aceta, Aquæ, Balſami Boli, Calces, Cataplaſmata, Clyſteres, Condita, Confectiones, Conſeruæ, Decocta, Electuaria, Elixyria, Emplaſtra (Cerota) Emulſiones, Errhina, Epithemata, Extracta, Farinæ, Feculæ, Flores, Gargariſmi (collutiones) Galatinæ, Infuſiones, Iulepi, Lapides, Liquores (per deliq.) Magiſteria, Maſticatoria, Morſelli, (Rotulæ) Moreti, Olea, Potiones, Pilulæ,

Poma ambræ, Præparata, Pulueres (Trageæ) Species, Salia, Spiritus, Succi, Syrupi, Tincturæ, Trochiſci, Vnguenta (Balſami Vnguentarij, Linimenta.)

## CAP. II.

### *De Terris.*

TErræ Officinales ſunt ſolùm quas experientia medicamentalibus viribus imprægnatas edocuit. Tales ſunt terræ minerales dictæ.

Terra Armena, bolus armena, vera ſeu orientalis.

Bolus vulgaris, Bohemica, Brunduſiaca, &c.

Terra Lemnia. T. ſigillata Turcica.

T. Sileſiaca. T. ſigillata Sileſiaca Lignicenſis, Strigenſis.

Creta, *Kreid.*

Gypſum, *Gyps.*

Marga, *Mergell.*

Lithomarga, medulla ſaxorum, *Steinmarck.*

Ochra, *Ochergeel.*

Rubrica fabrilis, *Rœthe, Rœtelſtein.*

Tripolis. Terra tripolitana.

Vires: *De Viribus terrarum, quia generali penicillo depingi nequeunt, l. 3. ſigillatim agemus.*

*Præparata* communiora ſunt. 1. Præparata in ſpecie ſic dicta. 2. Deſtillatæ aquæ, ſpiritus, &c. Vide partim infra in claſſibus præparatorum, partim lib. 3.

## CAP. III.

### *De Aquis.*

AQuas officinales tum natiuas eſſe, tum artificiales ſeu præparatas, libro ſuperiore diximus.

*In claſſe natiuarum ſunt:*

Aqua fontana, *Springvvaſſer.*

putealis *Brunnenvvaſſer.*

fluuialis, *flieſſend vvaſſer.*

Glaciei Martiæ, *Mertzeneiſsvvaſſer.*

Lacuſtris, *Stehend VVaſſer.*

Pluuia, niuea, *Regend vnd Schneevvaſſer.*

Tonitrualis, *Donnerregenvvaſſer.*

Ros maialis, *Meyenthavv.*

His adiungi poſſent aquæ minerales, quales ſunt acidulæ ac thermæ, verùm quia officinis peregrinæ ſunt, eas hic loci prætermitto.

N. *vnicum quod hic moneam eſt, quoties aquæ ſimpliciter mentio fit, fontanam intelligi, eamque puram, limpidam, leuem. Leuitas enim vti ſpirituum copioſiorum nota eſt. E. g. in Vino, cereuiſia, &c. ita & in aqua bonitatis indicium non vltimum exiſtit.*

*Præparata* vſitatiora ex aquis præter pluuiam deſtillatam rariſſima ſunt, niſi ſcil. decocta, &c. quæ aquæ ope fiunt, huc referre velis.

CAP.

# CAP. IV.

*De Lapidibus.*

LApidis vox tùm inter natiua locum obtinuit, tùm inter præparata. In natiuorum numero ſunt. 1. Minerales lapides, de quibus hic. 2. cruſtacei lapides, quales in capitibus quorundam piſcium; de quibus animalibus. 3. cortices lapidei nucum. 4. acini duriuſculi, &c.

*Lapides minerales officinales ſunt:*

1. *Lapides precioſi* ſeu Gemmæ.

Amethyſtus, *Amethiſt.*
Carneolus, Sarda, *Sardonier.*
Chryſolithus, *Chryſolith,*
Granatus, *Granat.*
Hyacinthus, *Hyacinth.*
Rubinus orientalis, *Rubin.*
Saphyrus, *Saphir.*
Smaragdus, *Schmaragd.*
Huc Margaritæ, *perlen.*
Corallia, *Corallen.*

Lapis Bezoar Orientalis & Occidentalis, *Orientaliſch vnd Occidentaliſch Bezoarſtein.*

Ex his quinque κατ' ἐξοχὴν precioſi dicuntur.

Granatus, Hyacinthus, Sapphirus, Sarda, Smaragdus.

1. *Lapides minus precioſi.*

Lapis Ætites, Aquilæ, *Adleſtein.*
Alabaſtrum, alabaſtrites, *Alabaſter.*
Amiantus, alumen plumoſum, *Federvveiſz.*
L. Armenus, *Armenerſtein.*
L. Calaminaris, *Galmeyſtein.*
Cryſtallus, *Chryſtall.*
Hæmatites, *Bluſtein.*
L. Iudaicus, *Iudenſtein.*
L. Lazuli, Cyanus, *Laſurſtein.*
L. Lyncis, Lyncurius, *Luchsſtein. Donnerkeil.*
Magnes, *Magnetſtein.*
Marmor, *Marmelſtein.*
L. Nephriticus, *Grieſzſtein.*
Oſteocollus, *VVellſtein, Steinbeinvvelle, Beinbruch.*
Pumex, *Binbsſtein.*
L. Sciſſilis, *Schiefferſtein.*
L. Serpentinus, Ophites, *Serpentinſtein.*
Silex, *Kiſelſtein.*
Simiris, *Smirgel.*
L. Specularis, Selenites, Aphroſelinus, *Fravveneiſz.*
Spongites, Spongiæ lapis, *Schvvammenſtein.*
Talcum, *Talck,*
Huc calculus humanus.

Vires. *Lapidoſa omnia teſte Galeno lib. 9. ſimpl. deſiccatoria vi pollent, tum exiccatoria ſunt.*

*Præparationes* pro diuerſa natura lapidum diuerſæ quoque ſunt. Vnde & diuerſa præparata: Videlicet 1. Præparata in ſpecie ſic dicta. 2. Sal (impropriè ſic dictum.) 3. Magiſterium. 4. Liquor ſeu oleum. 5. Elyxir. 6. Eſſentiæ. 7. Flores. 8. Syrupi. 9. Ingrediuntur quoque alias medicamentorum compoſitorum formulas. De quibus plenius lib. 3. vt & infra in præparatis.

## CAP. V.

*De Metallis, & quæ eis affinia ſunt.*

*Metalla ſunt.*

AVrum foliatum finum, *geſchlagen fein Gold, Blattgold.*
Duplicatum, *halbgeſchlagen Gold.*
Vilius, miſtum, bicolor, *Zuuiſchgold.*
N. *Eſt aurum alcoholiſatum adſcribendum, Muſchelgold.*
Argumentum foliatum finum, *Blattſilber, geſchlagen Silber.*
duplicatum, *halbgeſchlagen Silber.*
Æs, Cuprum, *Kupffer.*
æris ſquamæ craſſiores, *Kupffer-Hammerſchlag.*
æris flos. Viride æris, *Spangrun.*
Ferrum, *Eiſen.*
Ferri batituræ, ſquamę, *Mammerſchlag.*
Limaturæ, *Feilach.*
Scoriæ, *Schlacken.*
Plumbum, *Bley.*
vſtum, calcinatum, *genbrand Bley.*
Stannum, *Zinn.*
Metallorum præparationes. Vide ſis, lib. 3.

*Metallis affinia ſunt.*

Mercurius, *Queckſilber.*
Cinnabaris, *Zinnober.*
Antimonium, *Spieſſglas.*

Huc. *Excrementa à Metallis ſegregata.*

Biſmuthum, *VViſſmuth.*
Cadmia natiua metallica, Cobaltum, *Muckenpuluer.*
C. Factitia.
Lithargyros Auri, *Goldglett.*
Argenti, *Silberglett.*
Pompholyx, Nihili album, Tutia, *Augenmicht.*
Præparata ſingulorum dabuntur, libro 3.

## CAP. VI.

*De Salibus.*

SAlia in Officinis natiua ſunt & præparata ſeu artificialia.

*Natiua ſunt.*

Alumen rupeum, Roche, *Alaun.*
Saccharinum. N. *Præparatum eſt.*
Sciſſile, *Spaltalaun.*
Sal. ammoniacum, *Salmiar.*
cõmune, *gemein Saltz, Speiſz, Saltz.*
Gemmeum, *Steinſaltz.*
Nitri, Sal petræ. *Salpeter.*
Vitriolum album, *GalitZenſtein, Augſtein, VVeiſſuitriol.*
Cœruleum, cyprium. *Cypriſch Vitriol.*
Viride, *Gemein Vitriol*

## CAP. VII.

### *De Sulphureis.*

SVlphur Caballinum, *Caſſchuuebel.*
Citrinum, *gelber Scheuefel.*
Viuum, *lebendiger Schuuefel.*
Ambra. Ambra Griſea, *Amberrechter Ambar.*

*Bitumina.*

Aſphaltos, Bitumen Iudaicum, *Iudenpech, Brillenpech.*
Carbo petræ, *Steinkolen.*
Gagates.
Naphtha.
Petroleum, *Steinolh.*
Sperma ceti, *VVollrabt.*
Succinum, Carabe. 1. Candidum. *Agiſtein, Bornſtein, VVeiſz*
2. Citrinum, *gelber, Bornſtein.*
De ſingulis his agetur plenius libro 3.
N. *Cruſtacea. E.g. conchæ, &c. in animalibus.*

## CAP. VIII.

### *De Aromatibus.*

INter vegetabilia *primum* locum meritò ſibi vendicant aromata, quippe quæ, vti reliquis communiora ſunt, ita & in præſcriptionibus (receptis vt vocant) ſimpliciter præſcribuntur, non factâ mentione aliquâ, ſiue ex radicum numero illa ſint, ſiue ex fructuum, florum, corticumue. Talia ſunt:

Antophylli, *Mutternæglein.*
Calamus aromaticus, *Calmuſt, VVurtzrohr.*
Cardamomum maius, *Croſscardomæmlein.*
Minus, *klein Cardomæmlein.*
Cariophylli, *Nægelein.*
Caſſia lignea, *Mutterzimmet.*
Cinnamomum. Canella, *Zimmet. Canell.*
Coſtus Arbicus Verus, Cinamomum album, *vveiſz. Zimmet.*
Crocus Orientalis, *Orientalſch Saffran.*
2. Auſtriacus, ſ. Vngaricus, *Oeſterreichiſcher odor Vngariſch Saffran.*
Cubeby, *Gubeben*
Folium Indum, Malabathrum. *Indiſchblat.*
Galanga maior, *groſſer Galgan.*
Minor, *Galgan.*
Grana paradiſi. Cardamomum Arabum, *Paradis Kœrner.*
Macis, *Muſſcatbluet.*
Nuces moſchatæ, myriſticæ. Nuciſtæ, *Muſſcatnüſſe.*
Piperalbum, *VVeiſzpfeffer.*
longum, *langer Pfeffer.*
nigrum, *ſchuuartzer pfeffer*
Schænanthum, *Camelsheuu.*
Spica, Celtica, Romana, ſaliunca, *Celtiſch Spick.*
Zedoaria, *Zituuan.*
Zingiber ſinum album belletinum *Belladin Inguuer, gutter vueiſſer Thron-Inguuer.*

— de buli vel rubei, *geel oder rother Inguner.*

Vires: *Aromata in genere ſunt calida & euidenter ſicca, partium tenuium, hinc incidunt, attenuant, aperiunt, &c. Vide in ſingulis plenius,*

*Præparata* ex aromatibus fieri poſſunt formularum variarum. Apta ſc. nata ſunt ſubire infuſionem, decoctionem, confectionem, pulueriſationem, adeoque immiſceri poſſunt Electuariis, Trochiſcis, &c. Potiora tamen & minus vulgaria quæ inde conficiuntur ſunt: Extracta, Aquæ, Olea, Salia, Magiſteria.

N. *Vis aromatum quia in parte volatili potiſſimum conſiſtit, præſtat inde conficere præparata volatilioris naturæ, vt ſunt deſtillata, &c.*

## CAP. IX.

### *De Corticibus.*

1. *Cortices officinis vſitatiores ſunt.*

E Fructibus: cort, Aurantiorum. *pomerantzſchalen oder Rinde.*

Caſtenearum, *Caſtanienſchælffen.*

Citri, *Citronenſchalen.*

Gladium, Cupulæ gladium, *Eichen Hütlein.*

Granatorum. Malicorium, *Granat-Appffel Rinde.*

Iuglandis viridis, *grüne Nuſzſchalen.*

Limonum, *Limonerinde.*

2. *Ex arboribus & radicibus.*

Cort. Acaciæ, pruni ſylueſtris, *Schledornrinde.*

Radic. Cappar. *Capparrinde.*

Frangulæ, alni nigræ, *Faulbaumrinden.*

Fraxini (interiores) *Eſchernrinde.*

Guaiaci, *die Rinde vom Frantzoſen baum.*

Rad. Mandragoræ.

Quercus, *Eichene Rinde*

Sambuci ex frutice ac radice (medij,) *mulere Holderrinde.*

Tamariſci, *Tamar-Rinde,*

Thuris

Tiliæ (interiores) *die Rinde vom Lindenbaum.*

*Præparata:* Vt cortices ſubſtantia differunt, alij nimirum conueniunt cum fructibus, alij cum herbis quidam cum lignis: ita & diuerſis inſeruiunt præparatis. *Communiora tamen ſunt,* conditi cortices (fructuum quorundam) item Extracta, &c.

## CAP. X.

### *De Floribus.*

*Flores Officinales ſunt.*

FLores Acaciæ, pruni ſylueſtris, *Schlehendornenblut.*

Amaranti purpurei, *Floram.or..*

Anethi, id eſt, coma ſeu Vmbellæ, *Dillenblut.*

Anthos, ſeu Roriſmarini, *Roſmarienblut.*

Aquilegiæ, *Agleibut.*

Baſilici *Baſilienblumen.*

Betonicæ, *Betonicke.*

Borraginis, *Borragenbl.*

Bugloſſæ

Bugloſſæ, *Ochſen Zungbl.*

Calcatrippæ, ſeu conſolidæ regalis, *Ritteſporenbl.*

Calendulæ, Calthæ, *Ringebl.*

Caprifolij, Periclymeni, *Speck lilien.*

Cartami, Cnici, *Flor, VValdſaffran.*

Centaurij minoris, *Tauſentguldenbl.*

Ceraſorum, *Kirſchenbl.*

Chamæmeli ſeu Camomillæ vulgaris, *Camillenbl.*

Romanæ, *Rœmiſch Camillenbl.*

Cheriri, *gelbe violen.*

Cichorei, *VVegvveiſ bl.*

Cyani ſ. Bapti ſeculæ, *blavv Kornblumen.*

Fabarum. *Benenblüet.*

Geniſtæ, *Ginſtern, Pfrimmenblüt.*

Flor. Granatorum, Balauſtia, *Granatenbl.*

Hepaticæ albæ, nobilis, *Leberkrantblüt.*

Hyperici, *Iohannisblüt.*

Iuglandis, *Nuſsbl.* Iuli Iuglandis,

Lauendulæ, *Lavendelbl.*

Liguſtri, *Hartriegel.*

Liliorum alborum, *vveiß Lilienbl.*

Antheræ liliorum alborum.

Liliorum conuallium, *Meyenbl.*

Maluæ hortenſis, *VVinter Roſen.*

Meliloti, *Steinkleebl.*

Nymphea albæ, *vveiße Seebl.*

Luteæ, *helbe Seebl.*

Pœoniæ, *peonienbl.*

Papaueris erratici: Rhæadis, *klapperroſen.*

hortenſis, *Magſamenbl.*

Perſici, *Pferſigbl.*

Populi, i.e. gemmæ ſeu oculi, *Pappelknoſpen.*

Primulæ veris, paralyſis.

Roſarum albarum, ſeu potius pallidarum, *vveiſs Roſen.*

Damaſcenarum.

Rubearum.

Saluiæ, *Salveyblüt.*

Sambuci, *Holderbl.*

Saxifragi albæ, *Steinbrechbl..*

Scabioſæ, *Apoſtembl.*

Schœnanthi, *Camelhevv.*

Siliginis, *Kornbl.*

Spicænardi. *Spicanardi.*

Stœchados arabicæ, *Stechasbl.*

Stœchad. citrin. *Reinblumen.*

Tanaceti, *Reinfarnbl.*

Tiliæ, *Lindenblut.*

Tunicæ, *Graſsnægelein.*

Tuſſilaginis, *Hufflattichblüt.*

Verbaſci, *VVulkrautbl.*

Violarum martiarum, *Violen.*

Ex his famoſiores ſunt. 4. qui peculiari nomine cordiales dicuntur: Borraginis, bugloſſæ, roſarum, violarum.

*Præparata* ferè omnis generis ex floribus compilari queunt. Decocta, Deſtillata, Electuaria, Infuſiones, Vnguenta, Emplaſtra, &c. minus vulgaria tamen ſunt: Succi inſpiſſati, Extracta, Tincturæ. Eſſentiæ ſeu ſpiritus ac olea, &c.

N. *Flores qui conſtant ex parte volatili, vix quicquam, vel parum ſalis exhibebunt, aptioreſque ſunt ad medicamenta, quæ ſine diutina exhalatione parata proſtant.*

Vires: *Vires florum etſi in genere deſcribi nequeant, cum pro diuerſitate herbarum varient: attamen hoc loco notare expedit, recentes eſſe humidiores, adeaque fere vi lenitiua ſeu laxatiua pollere, quæ marceſcentibus cum tempore adimitur.*

## CAP. VI.

*De Foliis, ſeu Herbis.*

FOliorum & herbarum nomina in praxi ſeu receptis ſæpiſſimè confunduntur, notantque folia à caulibus ſeparata. Hæc ſi minutiora fuerint, ſummitates dici ſolent.

*Herbæ vſitatiores in officinis ſunt:*

Abrotanum mas, *Stabuuurtz.*

N. *Fœmina cypariſſus eſt.*

Abſynthium ponticum, *Rœmiſchuuermuht,*

Vulgare ſ. ruſticum, *gemein vuermuht.*

Acetoſa, *Saurampff.*

Acetoſella, Alleluia, *Buchampffer, Haſenklee.*

Agrimonia, *Odermenig,*

Alchimilla, *Sinnavv.*

Alkekengi, Halacacabus, *Iudenkirſchenbletter.*

Alſine, Morſus gallinæ, *Hunerdarm.*

Althea, Biſmalua, Ibiſcus, *Eibiſchkraut.*

Anagallis, *Sauchheil.*

Anethum, *Dill.*

Antirrhinum, *Hundskopff, Dorant.*

Ariſtolochia longa, *lange Oſterlucey.*

Arinica. *Muttervvartk.*

Artemiſia, *Beyfuſs.*

Aſarum. *Haſelvvurtzkraut.*

Auricula muris. Piloſella, *Mauſzœhrlein.*

Balſamita ſiſimbrium aquaticum, *Bachmuntze.*

Baſilicum, *Baſilien.*

Becabunga, *Bachbungen.*

Betonica, *Betonien.*

Borrago, *Borretſch.*

Branca vrſina, *Beerenklavv.*

Bugloſſum, *OchenZunge.*

Burſa paſtoris, *Teſchelkraut.*

Calamintha, *Kornmuntze.*

montana, *Bergmüntze.*

Capillus Veneris, adianthum nigrum, *Fravvenhaar.*

Caprifolium, periclymenum, *VVeltvvinde Specklilien.*

Cardiaca, *Hertzgeſpann.*

Carduus benedictus, *Cardobenedictkraut.*

C. Mariæ, *VVariendiſtel,*

Cerefolium, *Kœrbelkraut.*

Ceterach, Aſplenum, *VViltzkaut.*

Chamædrys, Iua moſchata, *Gamanderkraut.*

Chamæpitys, Iua arthetica, *Nidrygpin.*

Chamæmelum Romanum, Camomomilla, *Kœmiſch Camillen.*

C. Vulgare, *gemeine Camillen.*

Chelidonium maius, *Schœllkraut.*

Ch. minus, *Schorbockskraut.*

Cichorium, *VVegvvart.*

Cicuta, *VVuterich.*

Cochlearia, *Lœffelkraut.*

Conſolida regalis, *Ritterſpon.*

Coſcuta. Caſſutha, *Flachſeyde.*

Cynogloſſum, *Hundszung.*

Cypariſſus hortulana, *Gartencypreſz.*

Dictamnus creticus, *Cretiſcher Dictam.*

Dictamus alb. Fraxinella, *vveiſſer Dixtam.*

Ebulus, *Attich.*

Endiuia ſatiua, *Endinien.*

Sylueſtris, Sonchus, *Savvdiſtel.*

Epithymus, *[illegible]ymſelde.*

Equiſerum, cauda equina, *Roſzſchvvantz,* *Schaffienhevv.*

Eupatorium Arabum, Ageratum, *Leberkraut.*

Euphraſia, *Augentroſt.*

Farfara, Tuſſilago, *Hufflattich.*

Fœniculum, *Fenchelkraut.*

Filipendula, Saxifraga rubra, *roht Soeinbrech.*

Fragaria, *Erdbeerkraut.*

Fraxini folia, *Eſchenlaub.*

Fumaria, *Erdrauch.*

Galega, ruta capraria, *Geiſraute.*

Geranium, Herba Ruperti, *Storchſchnabel.*

Gratiola, *Erdgalle.*

Hedera arborea, *Epheuu, Eppich.*

H. Terreſtris, *Gundermann.*

Hepatica alba, Gramen Parnaſſi, *vueiſſ. Leberkraut.*

H. Aurea nobilis, *gulden Leberkraut.*

H. Fontana, Lichen, *Brunnenleberkraut.*

H. Stellaris, matris ſylua, *Sternleberkraut, VValemeiſter.*

Horminum, vulgare Scarlea, *Scharley.*

Hyoſcyamus albus, *vueiſſ, Bilſenkr.*

Hypericum, *S. Iohannskr.*

Hyſſopus, *Yſop.*

Illecebra. Fabaria, *Donnerkraut.*

Lactuca, *Lattich.*

Laurifolia, *Lorbeerbletter.*

Lentes paluſtres, *VVaſſerlinſen.*

Leuiſticum, *Liebſtœckel.*

Liguſtrum, *Hartriegel.*

Linaria, *vuilder Flachs, Harnkr,*

Lotus vrbana, trifolium odoratum, *Siebengezeit.*

Lupuli Iuli, *Hopffenſpræſslein.*

Maiorana, *Meyran.*

Malua vulgaris, *Haſenpappeln.*

Marrubium album. Praſſium *vveiſſer Andorn.*

---Marum.

Matricaria, *Meterkraut.*

Melilotus, *Steinklee, gelb Steinklee.*

Meliſſa, *Meliſſenkr.*

Menta, *Spitzbalſam.*

M. Criſpa, *Krauſzbalſam.*

M. Saracenica, *Fravvenmüntz.*

Menthaſtrum, menta equina, *Roſsmuntze, VValdmuntze.*

Mercurialis, *Vingelkr.*

Mezereum, *Seidelbeſt, Kellershalskraut.*

Millefolium, *Schafgarbe.*

Mororum folia, *Maulbeerbletter.*

Morſus Diaboli, Succiſa, *Abbiſz.*

Myrti folia, *Myrtenbletter.*

Naſturtium aquaticum, *Brunnenkreſz.*

N. hortenſe, *Gartenkreſz.*

Nepata, Cattaria, *Katzenkraut, Katzenmunoze,*

Nicotiana noſtras, *Toback,* Nicotian.

N. Peruuiana ſeu Indica, *Indianiſch Toback.*

Nummularia, *Pfenningkaut, Egelkraut.*

Nymphæa alba, *vveiſs Seeblumenkraut.*

N. Lutea, *gelb Seeblumenkraut.*

Origanum vulgare, *Doſten.*

O. Creticum, *Cretiſch Doſten.*

Papaueris folia, *Monbletter, Magſamen.*

Parietaria, Helxine, *Tag vnnd Nacht.*

Paris, *Einbeerkraut.*

Paſtinaca ſylueſtris, *Vogelsneſt.*

Pentaphyllum, quinquefolium, *Funffſingerkraut.*

Perfoliata, *Durchvvachs.*

Perſicaria, Pulicaria, *Flohkr.*

Perſici folia, *Pferſingbletter.*

Petroſelinum vulgare, apium hortenſe, *Peterſilien.*

Pimpinella Germanica, *Teutſch Bibenell. Bockspeterlein.*

P. Italica, Sanguiſorba, *vvelſch Pimpinell.*

Plantago maior, *breit VVegerich.*

P. minor, *ſpitz VVegerich.*

Polygonum, Cētumnodia, *VVegdritt, VVeggraſz.*

Polium Creticum, *Cretiſcher Poley.*

Portulaca, *Burtzelkraut.*

Pontentilla, Anſerina, *Genſerich.*

Primula veris, *Schluſſelblumenkraut.*

Prunella, *Braunnellen.*

Pulegium, *Poley.*

Pulmonaria arborea, muſcoſa, *Eichungen-moeſz.*

P. vera, maculoſa, *Lungenkraut.*

Pyrola, *VVintergrun.*

Quercus folia, *Eichenlaub bletter,*

Roſmarinus, *Roſzmarin.*

Rubi Cymæ, ſummitates, *Brumbeergipffel.*

Ruta, *VVeinkauten.*

Ruta muraria, adianthum album, *Maurrauten.*

Sabina, Sauina, *Sevenbaum.*

Salicis folia, *VVeydenbletter.*

Saluia hortenſis maior, *groſſe Salbey.*

S. minor, cruciata, nobilis, *Croutz-ſalbey.*

S. ſylueſtris, *vvilde Salbey.*

Sambuci cymæ ſeu ſummitates, *Holderkeimen.*

Sanicula, *Sanickel.*

Saponaria, *Seiffenkr.*

Satureja, Thymbra ſatiua, *Pfefferkr Sadaney, Hunerfull.*

Saxifragia alba, *vveiſz Steinbrech.*

Scabioſa, *Apoſtemenkr.*

Scolopendria, lingua ceruina, *Hirſchzunge.*

Scordium, *Lachenknoblauch.*

Sedummaius, ſemper-viuum, *Hauſzvvurtze.*

S. minus. Vermicularis, *Mavvrpfeffer.*

Senæ folia, *Senabletter.*

Senecio, *Creutzvveiſzkr.*

Serpillum, *Quendel.*

Solanum, ſolatrum, *Nachtſchatten.*

Tamariſcus, *Lamariſckenbletter.*

Tanacetum, *Reinfahrn.*

Taraxacum, *Pfaffenrœhrlein.*

Thymus, *Thym, Thymian.*

Tormentilla, *Tormentill, Nablickr.*

Valeriana, Phu maius, *groſz Baldrian.*

V. minor, phu minus, *Baldrian.*

Verbaſcum, thapſus barbatus. *VVullkr, Kœnigskertz.*

Verbena, *Eiſenkraut.*

Veronica, *Ehrenpreiſz.*

Vinca peruinca, *Singrun, Ingrun.*

Violaria, *blavv Biol r.*

Virga aureola, conſolida Saracenica. *Heydniſch VVundkraut.*

Vitis folia, *VVeinreebenlaub.*

Vrtica mortua, *taube Neſſel.*

V. vrens, *Brenneſſel.*

Huc muſcus arborum.

N. *Ex his peculiariter numerantur.*

5. *Herbæ emollientes:* malua, althæa, violaria, mercurialis branca vrſina: quibus alij quoque betam, parietariam & atriplicem adiiciunt.

5. *Herbæ capillares:* capillus veneris, ruta muraria, polytrichon aureum, trichomanes, ceterach, ſcolopendria.

*Præparata*

*Præparata* non omnes eadem exhibent; ſed pro diuerſitate ſubſtantiæ diuerſa; adeoque fere præparatis omnis generis inſeruire poſſunt.

# CAP. XII.

## *De Fructibus.*

FRuctus in genere denotat omne quod plantæ vltimo proferunt, adeoque & ſemina, grana, &c. In ſpecie tamen id nominis ſibi reſeruant, fructus maiores, quales pyra, poma, pruna, ceraſa & his ſimilia.

*Fructus vſitatiores ſunt.*

Fructus: Acaciarum, prunorum ſylueſtrium, i.e. Pruna, *Schlehen.*

Alchermes, Grana tinctorum, grana kermes, *Ferberkœrner*, *Scharlachbeeren.*

Alkekengi, Baccæ Halicacabi, *Iudenkirſchen, Boborellen.*

Amygdalæ amaræ, *bitter Mandel.*

A.dulces, *ſüſz Mandel.*

Anacardia, *Elephanten Lauſz.*

Auellanæ, *Haſelnuſſe.*

Aurantia acida, *ſavvr Pomerantzen.*

A.Dulcia, *ſuſſe Pomerantzen.*

Been, grana, *Beenkorner.*

Cappares, *Kappern.*

Caſſia fiſtula, *Caſſien in Rœhrlein.*

Ceraſa acida paſſa, ſeu exiccata, *gedœrrte Kirſchen.*

Citri poma, *Citronen Æpffel.*

Cocculæ, *Kockelkœrne.*

Colocynthidis poma, *Coloquintæpffel.*

Cidonia poma exiccata, *Quittenſchnitten.*

Cynoſbati exacinata, *Hagebotten.*

Dactyli, *Dattelkorn.*

Ebuli baccæ, *Attich Beerlein.*

Ficus communes, Caricæ hiſpanicæ, *Laubfeigen, groſſe Korbfeigen.*

F.Marſilianæ, Caricæ marſil. *Kœrbleinfeigen, kleine, Marſilienfeigen.*

Fraga exiccata, *gedœrrte Erbeeren.*

Gallæ communes, *gemeine Gallæpffel.*

G.Turcicæ, *Turckiſche Gallæpffel.*

Granata mala, *Granatapffel.*

Hederæ baccæ, *Ephevvbeeren.*

Iuiubæ, *rothe Bruſtbeerlein.*

Iuniperi baccæ, *Lorberbeeren.*

Limones, Limonia mala, *Limonien.*

Meſpila ſiccata, *gedœrrte Meſpel.*

Myrobolani, belliricæ.

Chebulæ.

Citrinæ.

Emblicæ.

Indæ, ſeu nigræ.

Nux aquatica, Tribuli aquatici, *VVaſſernuſſe.*

N.Cupreſſi, *Cupreſznuſſe.*

N.Indica, *Indianiſche Nuſſe.*

N.Moſchata, Nuciſta, *Muſchatnuſz.*

N.Vomica, *Kranæuglein.*

N.Iuglans, *VVelche Nuſz.*

Oliuæ, *Oliven.*

Papaueris capita ſine ſeminibus. *Maaſamen Kœpff.*

Paſſulæ maximæ. Zibebæ, *Zibeben.*

P.maiores, *groſſe Roſinen.*

P.minores, Corinthiacæ, *kleine Roſinen, Corinthen.*

P.Maſſiliaticæ, *blavv. Roſinen.*

Pineæ nuces, *Pinten.*

Piſtacia, Fiſtici, *Piſtacien.*

Prunella, *VVein Pflaumiern, Brunel-len.*

Pruna acida, *ſaure Pflaumen, TZuuetſchen.*

P. Citrina, *gelb Spilling.*

P. Hiſpanica, *Spaniſche Pflaumen.*

P. Vngarica, *Vngriſche Pflaumen.*

Rubi idæi baccæ exiccatæ, *Hinbeeren.*

Sambuci baccæ, *Hollunder beeren.*

Sebeſten, *ſchuuartz Bruſtbeeren.*

Siliquæ ceratiorum, Xyloceratiorum, *Iohannsbrodt.*

Sorba exiccata, *gedorrte Speyerling.*

Sumach, Rhus, *Gruberkœrner.*

Tamarinde, *ſauure Datteln.*

Vuæ ſeu baccæ paridis, vuæ lupinæ, *Einbeer, VVolffsbeer.*

*Præparata.* Fructus aridiores, ſolidiores, & minus ſucculenti nihil peculiare habent ab herbis. Eapropter & eaſdem ſuppeditant præparatorum formulas. Fructuum ſucculentorum vero partus præcipui ſunt: Succi inſpiſſati ſeu Extracta, Succi fermentati ſeu vina, Spiritus ſ. Quintæ Eſſentiæ, Olea & Tartara.

## CAP. XIII.

### *De Fungis.*

*Fungi Officinales ſunt.*

FVngus, Agarici, *Lerchenſchnuamm.*

Cynoſbati, Spongiolæ è Roſis ſiccis, *Schlaffkautz, Roſenſchuuamm.*

Iuniperi, *VVacholderſchuuamm.*

Sambuci, *Holderſchuuamm.*

Huc boletus cerui, *Hirſchbrunſt.*

*Præparata.* Communem vt naturam habent cum herbis: ita & communem aptitudinem, qua præparationem ſubire poſſint.

N. *Adnaſcuntur quoque fungi Vlmo, fago, quercui, batulæ populo albæ, Iuglandi.*

## CAP. XIV.

### *De Lignis & Viſcis.*

*Sunt Officinis vſitatoria.*

LIgnum Aloës, Xyro-aloës, Agallochum *Paradiſsholtz.*

Aſpalatus, *Rediſer Dorn.*

Braſilium, *Braſilienholtz.*

Buxi, *Buchſbaumholtz.*

Colubrinum, ſerpētinum, *Gifftholtz.*

Coryli, *Haſelholtz.*

Cupreſſi, *Cypreſſenholtz.*

Ebenum, *Ebenholtz.*

Guaiacum ſanctum, *Frantzoſenholtz.*

Iuniperi, *VVacholderholtz.*

Nephriticum, *Grieſsholtz.*

Rhodium, *Roſenholtz.*

Santalum album, *vueiſſ Sandelholtz.*

citrinum, *gelb Sandelholtz.*

rubrum, *roth Sandelholtz.*

Saſſafras, *Fenchelholtz, Saſſafras.*

Suber, *Pantoffelholtz.*

Tamariſcus, *Tamariskenholtz.*
Viſcum Corylinum, *Haſelmiſtell.*
Quercinum, *Eichenmiſtell.*
Tiliaceum, *Lindenmiſtell.*

*Præparata.* Ligna & viſca præter vulgariores medicamentorum formulas, v.g. decoctionem, infuſionem, & inde reſultates alias, quibus potiſſimùm adaptari apta nata ſunt; exhibent minùs vulgariter Extracta, Aquas, Spiritûs, Olea, Salia.

N. *His fuliginem adiungere licet cum ſuis præparatis, de quibus peculiariter, l. 4.*

---

## CAP. XV.

### *De Radicibus.*

RAdix eſt pars ima* vegetabilium, quaſi primæ concoctionis officina. Eapropter cùm concoctio ſit nutrimenti fixioris volatiliſatio & ſpirituiſatio (πνευμάτωσις) radixque nutriatur nutrimento minùs elaborato, quàm partes reliquæ ſequitur ſubſtantiam radicum eſſe naturæ præ reliquis fixioris.

*Vſitatiores radices Officinales ſunt.*

Radix Acetoſæ (excorticata) *Savurampffvvrtz.*
Acori vulgaris, Pſeudo-acori, *Schvvertelvn.*
A. veri, calami aromatici, *Calmus.*
Allij, *Knoblauch.*
Althææ, ibiſci, *Eibiſchvvurtzel.*
Angelicæ, *Angelickvn.*
Anthoræ veræ, *Heilgifft, Gifftheilvwrtz.*
Apij (vulgaris) *Eppichvv.*
Ari. *Aaronuurtzel, Teutſch, Ingvver.*
Ariſari. *klein Aaronvv.*
Ariſtolochiæ longæ, *lang vvelſch Oſterlucey.*
A. veræ rotundæ, *vvelchrund Oſterlucey.*
A. vulgaris, *gemein long Oſterlucey.*
A. fabaceæ, *runde gemeine Oſterlucey.*
Armoraciæ, raphani ſylueſtris, *Merrettig.*
Aſari, *Haſelvvurtz.*
Aſparagi, *Spargenvv.*
Bardanæ, *groſſe klettenvv.*
Biſtortæ, Serpentariæ, *Natteruv.*
Bortaginis (excorticatæ) *Borreſvvurrtk.*
Bryoniæ, *Stickvv, Zaunruben.*
Bugloſſæ, *Ochſenhungenvv.*
Cardopatij Carlinenigræ, *Ebervv.*
Caryophyllatæ, *Benedictvv.*
Centaurei maioris, Rhapontici Offic.
Chelidonij maioris, *Schœllvv.*
Ch. minoris, *Schorbocksvv.*
Chinæ, *Chinevv.*
Cichorei, *VVegvvartvv.*
Conſolidæ maioris, Symphyti, *Beinvvelle, VVallvvrtk.*
Cucumeris aſinini, *Eſelkurbiſvv.*
Curcumæ, *Seelſuchtvv.*
Cyclaminis, Arthanitæ, *Schuueinbrotvv.*
Cynogloſſæ, *Hundſzungenvv.*
Cyperi longi, *langer vuilder Galgan.*
C. rotundi, *rund vuild Galgan, Cypervv.*
Dictamni albi, Fraxinellæ, *vveiſſer Diptamvv.*
Doronici, *Gemſenvv.*
Ebuli, *Attichvv.*

E. nigri

Ellebori albi, *vvieſz Neiſvv.*

E.nigri veri Stiriaci, *Schvvartz Nieſz-vvurtz*, præp.

E.nigri vulgaris, *gemein Chriſtvvurtz.*

Endiuiæ, *Endiuienvv.*

Enulæ Campanæ, Helenij, *Alant-vvurtz.*

Eringij, *Mannskrevv.*

Eſulæ minoris, *klein VVolffemilchvv.*

Filicis, *Farnvv.*

Filipendulæ, Saxifragiæ rubeæ, *rocht Steinbrechvv.*

Fœniculi, *Fenchelvv,*

Gentianæ, *Entzianvv.*

Glycyrrhizæ, Liquiritiæ, *Suſzholtz.*

Graminis, *Quetkengraſzvv.*

Hermodactyli, *vveiſſe Zeitloſen.*

Hirundinariæ, Vincetoxici, *Schvvalbenvv.*

Hyoſciami (excorticati,) *Bilſamvv.*

Imperatoriæ, Oſtrutij, *Meiſter-vvurtz.*

Iridis Florentinæ, *vvolriechenb Biol vvurtz.*

I.Noſtratis, *Schvvertelvv.*

Iuniperi, *VVacholdervv.*

Lapati acuti, Oxylap, *Mengelvvurtz.*

Leuiſtici, *Liebſtœckelvv.*

Liliorum alborum, *vveiſs Lilienzvvibel.*

Maluæ, *Pappelvv.*

Mandragoræ, *Albraunvv.*

Mechoacannæ, Mechoacæ albæ, *vveiſſe Rhabarbara.*

M.nigræ, Gelapæ, Chelapæ, Chiolappa, *ſchvvartz Rhabarb.*

Meu *Behrvv.*

Mezerei, Laureolæ, *Seidelbaſt, Kellershals.*

Morſus Diaboli, Succiſæ, *Abbis-vvurtz.*

Nympheæ albæ, Nenupharis, *vveiſz Seeblumenvv.*

N.luteæ, *gelbe Seblumenvv.*

Onodinis ſeu Anodinis, *Hevvhechelvv*

Paſtinacæ ſylu. *Paſtinackvv, Bogelneſtvv.*

Pentaphylli, quinquefolij, *Funfffingerkravv.*

Petaſitis, *Peſtilentzvvurtz, Neunkraffivv.*

Petroſelini, *Peterſilienvv.*

Peucedani, *Harſtrangvv.*

Pœoniæ, *Pœonienvvurtz*, fœminæ.

Maſculæ.

Pimpinellæ, Germanicæ. *Bibenelvvrtz.*

P.Italicæ, ſanguiſorbæ, *Blutkrautvv. vveiſch Bibenell.*

Plantaginis, *VVegbreitvv. VVegerichvvurtz.*

Polypodij quercini, *Engelſuſz.*

Pyrethri, *Bertramvv.*

Rapa, *Ruben.*

Raphani domeſtici, ſ.vulgar. *Rettich.*

R.Marini, *VVeerrettich.*

Rhabarbari veri, Rhabarbar.

R. Monachorum, *Munch Rhabarbar.*

Rhapontici veri, *Rhaponick.*

Rhodia, *Roſenvvurtz.*

Rubiæ tinctorum, *Ferberrœthe.*

Ruſci, Bruſci, *Mauſzdornvv.*

Sarſæ parigliæ, Saſſaparilla, *Sarſaparill.*

Satyrij, *Stendelvv Knabenkrautvv.*

Saxifragæ, ſemen ſaxifragiæ, *Steinbrechvv.*

Scabioſæ, *Apoſtemvvurtz.*

Scyllæ crudæ & præparat. *Meervvibel.*

Scorzoneræ, *Giffrvvurtz.*

Scrofulariæ, Scrophulariæ, *Braunvvurtz.*

Sigilli Salomonis, polygonati, *VVeiſzvvurtz*

*Weiſzvvrtz.*

Siſeris, Secacul, *Zuckermehren, Zuckervvurtz.*

Taraxaci, *Pfaffenrœhrleinvv.*

Tormentillæ, *Tormentillvv.*

Turpethi albi. *Turbith.*

Tuſſilaginis, Farfaræ, *Brandlattich, Huffattichvv.*

Valerianæ maioris, *groſz Baldrianvvurtz.*

V. Minoris, *klein Baldrianvv.*

Verbaſci, *VVollkrautvvurtz.*

Vrticæ, *Neſſelvvurtz.*

Xerua, *Siſſtvvurtz.*

N. *Ex his vſu crebiori famoſiores ſunt.*

5. Radices aperientes maiores: apij, fœniculi, aſparagi, petroſelini, ruſci.

5 — minores: graminis, rubiæ, eryngij, capparis, Ononidis.

*Præparata*: Quod de herbis diximus & ſimilibus natiuis, idem de radicibus dicendum: promptuarium nimirum radices eſſe vnde ad omnis generis medicamenta, tam interna quàm externa depromi poſſunt. Hoc tamen de radicibus notare expedit: partes fixiores præ reliquis in radicibus contineri, aptiores itaque eas eſſe ad exhibenda medicamenta parte fixiori celebria, veluti ſunt: Extracta, Salia, Decocta, &c.

---

## CAP. XVI.

### *De Seminibus.*

SEmen Acetoſæ, *Savvrampfferſamen.*

Agni caſti, viticis, *Schaffmüllenkœrner.*

Altheæ, *Eibiſchſamen.*

Ammeos veri cretici, *Ammeyſ.*

vulgaris, *gemein Ammeyſ.*

Amomi.

Anethi, *Dillſamen.*

Aniſi, *Aniſamen.*

Apij, *Eppichſamen.*

Aquilegiæ, *Agleyſamen.*

Aſparagi, *Spargenſamen.*

Atriplicis, *Mœltenſamen.*

Aurantiorum, *Pomerantzenkern.*

Bardanæ, *Groſzklettenſamen.*

Baſilici, ozymi, *Baſilienſamen.*

Bombacis, Goſſypij, Cotti, Xyli, *Baumvvollenſamen.*

excorticatum.

Burſæ paſtoris, *Teſchelkrautſ.*

Calendularum, *Ringelblumſ.*

Cannabis, *Hanffſamen.*

Cardui benedicti, *Cardobenedictenſ.*

C. Mariæ, *Mariendiſtelſ.*

Carthami vel cnici, *Feldſaffranſ, Florſamen.*

excorticat. pulpa carthami.

conquaſſatum.

Carui, Carueos, *VViesſenkümmel, Feldkümmel.*

Cataputiæ maioris, Ricinum, *groſz Treibkœrner.*

C. minoris, Eſulæ vulpinæ, *Treibſpringkœrner.*

Cerefolij, *Kœrbelſamen.*

Cicera alba, *vveiſz Kichern, vveiſſe Ziesererbſen.*

C. rubra, *roth Kichern.*

Cichorij, *VVegvvartſ. VVegvveiſzſ.*

Cinæ, Santonici, ſanctum, *VVurmſamen.*

Citri,citrei mali, *Citronenkern.*
excorticatum.
Coccognidij,*klein Kellerhalſ.*
Colocynthidis , *Coloquinſ.*
Coriandri,*Coriander.*
præparatum.
Cucumeris,*Cucumern.*
excorticatum.
Cucurbitæ , *Kurbesſamen.*
excortic.
Clydoniorum, *Quittenkern.*
Cymini, Cumini, *Rœmiſch Kümmel.*
Dactylorum, Oſſa dactylor. *Dattelkern.*
Dauci communis , *VVildmœhrenſ. Vogelneſtſ.*
Cretici.
Ebuli,acini ebuli, *Attichſamen.*
Endiviæ, Scariolæ, *Endivienſ.*
Erucæ , *vveiſſer Senff-gelber Senff.*
vulgò.
Fabarum, Fabæ,*Bonen.*
Fœniculi,*Fenchelſamen,*
Fœnigræci, *Bockshornſ.*
Fraxini,linguæ auis,*Eſchbaumſ.*
Fumaxiæ, *Erdrauchſamen.*
Geniſtæ, *Pfrimmenſ.*
Granatorum, *Granatkœrn.*
Halicacabi, Alkekengi, *Iudenkirſchſ.*
Hordei electi,*Gerſten.*
excortic.
Hyoſcyami albi, *Bilſenſ.*
Hyperici,*Ioannskrautſ.*
Hyſſopi,*Eiſopſ.*
Lactucæ, *Lattichſ.*
Lapathij acuti, *Mengelvvurtzſ.*
Lentium, Lentes, *Linſen.*
Leuiſtici,*Liebſtocks.*
Limonium,*Limonenkern.*
excorticat.
Lini,*Leinſamen.*
Loti ſatiuæ,*Siebengezeitſ.*
Lupinorum,Lupini, *Feygbonen.*
Maioranæ, *Majoranſ.*
Maluæ, *Papelſ.*
Meliſſæ,*Meliſſenſ.*
Melonum,*Melonenkern.*
exortic.
Milij, *Hirſche.*
M.Solis,lithoſpermon, *Meerhirſch.*
Myrti, *Myrtenſ.*
Napi, Buniadis,*Steckrubenſ.*
Naſturtij(hortenſis,)*Gartenkreſſ.*
Nigellæ,Melantij, Nigellæ Romanæ, *ſchvvartz Kümmel , ſchvvartz Coriander.*
Præparat.
Nuclei ceraſorum exortic. *Kirſchenkern.*
N.Meſpilorum, *Neſpelk.*
N. Morellorum ſeu perſicorum armeniacor. *Morellenkœrn.*
N.Perſicorum,*Pferſingkœrn.*
Orobi ; Erua, *Eruenſ.*
Oryzæ, *Reiſz.*
Pœoniæ , *Peonienkern* , fœminæ ac maſculæ.
excortic.
Papaueris albi,*vveiſſer Magſ.*
P.nigri,*ſchvvartzer Magſ.*
Paſtinacæ ſatiuæ, *Paſtinacſ.*
P.ſylueſtris, *Bogelneſtſ.*
Perfoliatæ , *Durchvvachsſ.*
Petroſelini Macedonici, Maſſilienſis, *Macedoniſch Peterlein.*
P.vulgaris,apij veri, *Peterſilienſ.*
Pimpinellę , *Bibenellſ.*
P.Italicę,Sanguiſorbę, *vvelſch Pimpinellſ.*
Piſorum,Piſa, *Erbſen.*
Plantaginis,*VVegerichſ.*
Pori, *Lauchſ,Shittlauchſ.*
Portulacæ , *Burtzelkrautſ.*
Pſeudo-melanthij , *Kornrathelſ.*
Pſyllij, *Flœhſ.*
Raparum , *Rubenſ.*

Raphani, *Rettichſ.*
Roriſmarini, *Roſzmarienſ.*
Ruſci, *Ruſtenkœrner, Mauſzdornſ.*
Rutæ, *VVeinrautenſ.*
Sambuci, i.e. acini
Satureiæ, *Sadaneiſ.*
Saxifragiæ albæ, *vveiſz Steinbrechſ.*
Seſami vulgaris, *Flachsdotter.*
Seſelios Gretici, Maſſilienſis, *Crettſcher Seſelſ.*
S. vulgaris, Sileris montani, *Silermontanſ.*
Sinapis, *Senffſamen, rother Senffſ.*
Spicæ noſtratis, *Spicanardſ.*
Staphidis agriæ, *Lauſzkœrner,*
Sumach. Vide fructus.
Thlaſpi, *BlavvrenſenffſVVegkreiſ.*
Thymi, *vvelſch Quendelſ.*
Trifolij odorati, *Edelkleeſ.*
Violarum martiarum, *blavv Biolſ.*
Vrticæ maioris, *Neſſelſ.*
V. Romanę, *Rœmiſchneſſelſ.*

N. *Ex his ſunt nonnulla in praxi famoſiora, adeoque peculiariter calida vel frigida dicta. Sic ſunt*

Semina 4. calida maiora, aniſi, fœniculi, carui, cumini.
minora; ammeos, amomi, apij, dauci.

Semina 4. frigida maiora; Cucumeris, cucurbitæ, citrulli, melonum.
minora; Endiuię, ſcariolę, lactucę, portulacę.

*Præparata* ex ſeminibus, pro re nata fiunt infuſiones, decoctiones, emulſiones, &c.

---

# CAP. XVII.

## *De Succis.*

SAnguini animalium reſpondet ſuccus nutrituus in vegetabilibus. Eapropter vt è ſanguinis elaboratione & incorporatione, perittomata diuerſa reſultant, ſtercus, ſcil. vrina, fel, humor vitrolatus ſeu melancholicus, ſudor, axungia, mucilago, lapili; quinimo & ſanguis ipſemet quandoque erumpit: Ita in vegetabilibus analogicè correſpondent ſucci diuerſorum ſaporum, olea, reſinæ, gummata viſcoſa & reſinoſa, tartari, ſalia, &c. Hæc tamen diuerſitate, quod animalia excretoriis ſunt dotata, quibus fere perittomata excernuntur, vegetabilia verò rarò, niſi velis; 1. Quod gaudeant poris inſeruientibus exhalationi ſubtiliari. 2. Quod cum floribus tum moſchina ſeu zibettina, i.e. beneolens prorūpat melligo, tum quoque nonnunquam grauiolens quidam ſuccus. Hinc fit vt craſſiora intra ipſum vegetabile fere maneant, atteque opus habeant, qua ſequeſtrantur. Accidit nihilominus in quibusdam, quod ex nimia redundantia ipſamet ſibi exitum quærant, eodemque dato, (v.g. inciſione, &c.) promptius effluant. Sunt huiuſce generis perittomata. 1. Aquea; ſucci. 2. Terreſtria, Gummi. 3. Sulphurea; Olea, Balſama, Reſinæ, Gummireſinæ. 4. Salina, Saccharum, Tartarus.

N. *Succi qui ſponte vel trunci inciſione profluunt; etſi plures dari poſſint, v. g. ſuccus betulæ, qui in Finlandia & Suecia vernò tempore ex vulnerata betula copioſè extrahitur, poſtmodumque potius*

*vice à mulierculis etiam nobilioribus habetur, item ſuccus ſeu lacryma vitis, &c. attamen, nos non niſi officinales hic damus, è quibus internatiua recenſentur:*

*Succi alterantes.*

Vinum.
Acetum.
Succus, acaciæ.
Glycyrrhizæ.
Hypociſthid.
Opium.

Præparationes horum. Vide infra de ſuccis, & ſpeciatim lib. 4.

*Purgantes.*

Manna.
Aloë.
Elaterium.
De his vide itidem lib. 5.

---

## CAP. XVIII.

### *De Oleis & Balſamis.*

OLea, & balſama in Officinis pro natiuis habita, ſunt:

Oleum oliuarum.
Omphacinum.
Petroleum.
Oleum terræ.
Balſamus de Tolu.
de Mecha, ſ. balſamus verus.
Peruuianus.
Liquidambar.
Styrax liquida.

Vires: *Vide ſingulatim, lib. 4.*

---

## CAP. XIX.

### *De Reſinis.*

REſina ῥητίνη lacryma ſeu liquor eſt pinguis ac oleaginoſus tum ſponte ex arboribus profluens, tum interdum accedente vulneratione. Eſtque duplicis conſiſtentiæ; liquidiuſcula aut duriuſcula.

*Reſinæ liquidiuſculæ ſunt.*

Terebinthina Cypria.
Veneta.
Vulgaris.
Pix liquida:

*Reſinæ duriuſculæ ſunt.*

Reſina anime. Offic. Gumm. Anime.
Caranna.
Coopal.
Elemi. Offic. Gum. Elemi.
Lacca.
Pix græca. Colophonia.
Tacamahaca.
Thus.

Vires: *Reſina omnis calefacit, ſiccat, digerit, mollit, tenuium eſt partium magis minus, diſcutit, tuſſi, ac tabi conuenit, anodyna eſt vulneraria & lithontriptica. Vſus reſinarum tum internus eſt tum præcipuè externus in vnguentis, Emplaſtris, &c.*

*Præparata.* 1. Vexamen chymicum reſinarum in deſtillatione præcipuè conſi

conſiſtit, quam non incongruè rectificationem dixeris, quippe qua non ſecus ac in rectificatione oleorum, primum △ leniori, pars oleoſa purior ſubtilior & clarior elicitur: igne dein fortiori, pars craſſior & coloratior, coloris ſcil. flaui: igne tandem magis validiori, oleum coloris rubei propellitur. Hæc ſi ſeorſim excipere libet, triplicis generis nanciſceris olea, quorum primum quod clarum, ſpiritus dici ſolet; ſubſequens flauum, olei nomem retinet; vltimum, rubrum balſamum appellatur. Denique quia reſinæ craſſioris ſunt ſubſtantiæ, relinquunt & craſſiorem remanentiam, cui colophoniæ nomen impoſuere, à Colophone regione, vnde olim aduehi ſueuit. Modum deſtillandi videſis in oleis.

2. Præter deſtillationem ſubiiciuntur nonnunquam & Extractioni, quæ tamen potius depuratio quam Extractio dicenda erit.

3. Fit & lotio reſinarum, dum in ▽ m puram demerguntur & agitantur, cuius rei gratia non abs re erit, reſinas ad ignem fundere, & hinc in ▽ m coniicere.

---

## CAP. XX.

### *De Gummi Reſinis.*

GVmmi-reſinas voco, concretas arborum lacrymas in oleo quidem promptius, attamen & in aqua licet difficulter ſolubiles. Tales ſunt

Caphura. 1
Maſtiches:
Styrax calamita.
Huc. Myrrha &
Bedellium.

Vires & *præparata quia fere diſcrepant Vide lib. 4.*

---

## CAP. XXI.

### *De Gummatis.*

GVmmi ſeu gummata ſunt concretiliquores, aqueis faciles ſolutu, profuſi tum è ſtirpibus ferulaceis, tum ex fruticibus, tum ex arboribus excelſis. Ex his ſunt quæ ferulacea vulgo dicuntur à ferulaceis arboribus, è quibus ſtillant. Suntque

Gummi Ammoniacum.
Galbanum.
Euphorbium.
Opopanax.
Sagapenum.
Sarcocolla

Vires, *calida ſunt, emolliunt, diſcutiunt, tartaream mucilaginem reſoluunt. Vſum internum vide ſpeciatim. lib. 4.*

*Præparata.* 1. Gummi depuratum. Nimirum quia gummi pleraque heterogeneis (arena, ſabulo, &c.) conſpurcata afferuntur, expedit illa depurare.

Hoc fit ſoluendo in liquore aqueo (calido) ſolutum colando, exprimendo, & denique lento calore inſpiſſando.

2. Extractum Viſcoſum ſeu viſcus. Vide infra in Extractis.

Vires *conueniunt cum gummatis muculaginoſis, quia non eſt niſi pars mucilaginoſa à parte reſinoſa ſequeſtrata.*

3. Extractum reſinoſum. Vide item infra in Extractis.

Vires. *Virtutes quæ integro gummi adſcribuntur, latitant præcipuè in reſina, vnde & reſinæ in medicamentis tam internis quam externis, ſucceſſu feliciori adhibentur. Ex iiſdem deſtillatur quoque felicius oleum, quàm ex integro gummi.*

4. Oleum ſtillatitium. Vide infra in Oleis.

Gummata mucilaginoſa ſunt.
Gummi Arabicum.
Ceſaſorum.
Sandaracha.
Tragacanthum.

Vires. *Sunt Emplaſtica, incraſſant, acrimoniam hebetant, aſperitates leniunt, &c.*

## Cap. XXII.

### *De Animalibus Officinalibus integris.*

Apes ſiccæ, *gedœrrte Bienen.*
Bufo exiccatus, *gedœrrte Krœten.*
Cantharides ſiccæ, *Spaniſche Mucken.*
Cicadæ ſiccæ, *Hevvſchrecken.*
Lũbrici ſiccati, *gedœrrte Regenvvurm.*
Millepedæ ſiccæ; aſelli, *Eſelchen.*
Scinci.
Scarabæi pilares, *Kæfer, Schrœter.*
Serpens exiccatus, *Schlangen.*
Huc Mumia, *Mumie.*

## Cap. XXIII.

### *De Partibus Carnoſis Vſitatioribus.*

Cor Galeritæ.
Lupi.
Epar Lupi.
Porci.
Ranarum.
Tauri.
Lien Bouis.
Pulmo Agni.
Suis.
Vrſi.
Vulpis.

Vires: *Partes carnoſæ vt & ipſamet animalia carnoſa integra ſiue viua, ſiue diſcerpta & adhuc calentia ea ſint, ſi extrinſecus membro alicui imponuntur, vim habent fomentatiuam, paregoricam, diſcutientem. Hinc vſus maximi in phrenitide, cephalalgia, vigiliis, Applicari nimirum poſſunt capiti, ceruici, plantis pedum. Impoſita tumoribus peſtilentialibus vti & ictibus animalium venenatorum, præmiſſa tamen ventoſarum applicatione,*

*plicatione, eliciunt virus: Attritus à calceamentis attractos, ab inflammationibus tuentur. In ſpecie pars quælibet ſuum ſimile reſpicit, Epar, epata: Lien, Lienes, &c. Specialiora dabuntur lib. 5.*

*Præparata* vſitatiora ex partibus carnoſis ſunt, Decocta, Extracta, Deſtillata, &c. Vide ſuis locis.

## CAP. XXIV.

### *De Partibus Membranoſis.*

INteſtina Lupi.
Vulpis.
Teſticuli Apri.
Caſtoris ſeu Caſtorium, *Bibergell.*
Priarus cerui.
Tauri.
Secundina ceruina.
Vmbilicus Infantis.
Rete ex animalibus.
De ſingulis. Vide lib. 5.

## CAP. XXV.

### *De Cornibus.*

COrnu Alcis.
Bouis.
Bubali.
Cerui.
Hirci.
Rhinocerotis.
Tauri.
Huc Vnicornu.

Vires: *Fridida & ſicca habentur, diſcutiunt, incidunt, ſvtplurimum ſudorem mouent, atque alexipharmaca ſunt, pro diuerſa tamen natura animalium, de qua ſigillatim. lib. 5.*

*Præparata.* 1. Cornu præparatum (in ſpecie ſic dictum.) 2. Cornu vſtum, Vide calcinat. c. 43. 3. C. philoſophicè calcinat. Vide ibid. 4. Magiſterium, 5. Galreda, Gelatina. 6. Liquor ſeu ſpiritus. 7. Oleum. 8. Sal volatile, 9. Extractum. 10. Quinimò nec decoctionibus infuſionibuſve vires ſuas denegant.

## CAP. XXVI.

### *De Oſſibus.*

CRanium, humanum (non inhumatum.)
Dens Apri.
Elephantis. Ebur.
Lupi.
Os de Corde cerui.
Lupi.
Tauri,

Talus

Talus Leporis.
Porci.

Vires. *Oſſa in genere vim habent exiccandi, diſcutiendi, adſtringendi ſeu fluxiones ſiſtendi, oſſa, ligamentaque corroborandi. Calcanei combuſti vt ſcribit Rhaſees ſumme pollent aduerſus colicos cruciatus. Specialiora vide l. 5.*

*Præpar.* Oſſa vt Cornibus fere cognata ſunt ſubſtantia: ita & præparationibus. Hinc fiunt 1. Os præparatum (in ſpecie ſic dictum.) 2. Galreda ſeu Gelatina. 3. Magiſterium. 4. Liquor ſeu ſpiritus acidulus. 5. Oleum. 6. Sal volatile. 7. Spiritus eſſentificatus. Vide infra ſuis locis.

## CAP. XXVII.

### *De Cruſtaceis ſeu Teſtaceis.*

LApides cancrorum ſeu Oculi cancrorum, *Krebsaugen.*
Carpionis, *Karpffenſtein.*
Fercarum, *Perſichstein.*
Trutarum.
Mandibula Lucij, *Hechtskiefer.*
Conchæ, concharum teſtæ oblongæ.
Entalium.
Dentalium.
Mater perlarum.
Teſtæ ouorum.
ſtrutionis.

Vires. *Cruſtacea omnia, quia natura ſunt ſalinæ & tartareæ, medicamenta ſuppeditant excellentiſſima ad reſoluendum tartarum ſeu calculum, ad ſtranguriam, dyſſuriam, Iſchuriam, difficultates & ſuppreſſiones vrinæ, ad colicas paſſiones, ad tartareos morbos pulmonum, &c. Extrinſecus vſus ſunt creberrimi in dentifriciis, præcipuè ſi cremata fuerint, hinc & in rimis cutis ſolidandis, exiccandis, &c.*

N. *Omnia genera lapidum, qui in capitibus piſcium reperiuntur, trita & cum vino exhibita, colicum dolorem compeſcunt & calculum qui in renibus defixus iacet, atterunt & comminuunt.* VVecker ex Galeno & Auicenna, &c.

*Præparata* nihil ferè peculiare habent à præparationibus lapidum mineralium, de quibus lib. 3. Hinc fieri poſſunt, 1. Calcinata. Vide c. 43. 2. præparata (ſtricte dicta) 3. Sal (impropriè ita dictum.) 4. Magiſterium, 5. Liquor ſeu oleum per del.

## CAP. XXVIII.

### *De Lapillis.*

LApilli quamuis in animalibus plurimis, plurimiſque animalium cauitatibus reperiantur; attamen ſunt rari, ac præter lapidem Bezoar (de quo lib. 5.) fere nulli, qui in officinis proſtent. E re foret nihilominus, ob inſignem vim, quam in calculo reſoluendo obtinent, in promptu nonnullos habere. Quales ſunt:

Lapilli in Ventriculo & Veſica fellis tauri.

Calculus humanus, Ludus Paracelſo dictus

dictus, &c.

Lapilli hirundinum.

*Præparata* eadem exhibere poſſunt, quæ alij lapides.

# CAP. XXIX.

## *De Lacte & ſero Lactis.*

LAc eſt ſanguis vi mammarum pro fœtus nutrimento elaboratior redditus. Ex variis lactis generibus præ reliquis inſeruiunt medicinæ:

Lac Aſininum, (quod tamen noſtratibus minus vſitatum.)

Caprinum.

Humanum.

Ouillum.

Vaccinum.

Optimum eſt ex animali ſano non nimis pingui, ætatis mediæ, recèns mulctum, colore candidum, quod vngui inſtillatum cogitur.

Vires. *Refrigerat, humectat, mollit, paregoricum eſt, acrimoniam mitigat. Hinc vſus inſignis in dyſenteria (clyſmatiſatum) in phthiſi, &c. Extrinſecus in oculorum deſtillationibus, capitis dolore (excellit cremor.)*

N. *Lac etſi optimè nutriat, tamen non omnibus æque commodum eſt: Nocet enim in viſceris intemperie & febri; quia facilè corrumpitur, malumque adaugere aptum eſt. Capiti itidem & neruoſo generi minus conuenit.*

*Præparata* ex lacte, Butyrum, ſcil. Lac coagulatum, Serum & Caſeus, inter natiua meritò recenſentur.

Vires. *Butyrum conuenit, vt conſiſtentia, ita & viribus generalibus, cum axungiis.*

*Lac coagulatum vim habet refrigerantem ac anodynam.*

*Caſeus in medicina rariſſimi eſt vſus. Recentem imponunt nonnulli Epati ad æſtum febrilem comprimendum, vetuſtum ſunt qui commendant ad reſoluendos tophos podagricos.*

Serum lactis, ſeu Aqua lactis, fit duplici modo, per ſe & per admiſtionem rei ſeparationem iuuantis. Per ſe ſecernitur caſeoſa ſubſtantia à ſeroſa, ſi lac (non nimis recens) calori exponatur. Admiſcentur, quæ ſeparationem iuuent, coagulum, verbi gratia vituli, agni, &c. liquor acidulus, herba acidula, verbi gr. acetum. Spir. Vitr. acetoſa.

N. *Sunt qui ſerum cum petroſelino factum poſcam Italicam appellant.*

Vires. *Calfac. & ſiccat, abſtergit, aluum ſubducit, vrinam ciet. Hinc vſus crebri in Infuſionibus purgantibus, abſtergentibus, &c. Extrinſecus exterget ſcabiem, datur per ſe ab ℥iv. ad ℔j.*

N. *Integrum tractatum, de facili medicina per ſeri & lactis vſum conſcripſit Ioannes Coſtæus.*

## CAP. XXX.

*De Felle.*

FEl eſt portio chymi excrementitia, flaua, amariſſima, acerrima, in epate ab vtiliore parte ſeparata, inque veſiculam propriam collecta, vnde per aluum ſubducitur, & tranſeundo. aluum ſollicitat.

Vſitatiora ſunt.

Fel Bouis ſeu Tauri.
Capræ.
Ouis.
Suis.
Vrſi.

Fel omne deſumendum eſt ex animalibus mediæ ætatis, quæ neque famem neque ſitim paſſa ſunt, neque exercitio nimium defatigata neque ira percita: intellige niſi exaltatum fel deſideraueris.

Vires. *Fel omne calefacit, ſiccat, incidit, terget, diſcutit, expultricem ſtimulat, lumbricos amaritudine fugat. Hinc medetur (extrinſecus) hebetudini ac albedini oculorum, purulentiæ aurium, &c.*

N. *Differunt autem inter ſe non modo ſecundum magis & minus, ſed & viribus peculiaribus, tum à natura alimenti, quo animal paſcitur; tum à natura ipſiuſmet animalis dependentibus. Inter quadrupedum fella efficaciſſimum eſt taurinum: Inter auium, præſtantiſſimum habetur fel perdicis & gallinæ. In genere tamen auium fella fortiorum virium cenſentur, quam terreſtrium.*

*Præparata.* Fieri quidem poſſunt. Extracta cum V. ex fellibus ſiccatis. Verum præter tincturam illam Coſmeticam ex felle taurino confectam nullum in praxi vidiſſe memini.

## CAP. XXXI.

*De Medullis.*

Μυελός. Medulla eſt pinguedo oſſium cauitatibus, velut nutrimentum inſita.

*Suntque Officinales.*

Medulla Bubula ſeu bouilla.
Canina.
Ceruina.
Equina.
Hircina.
Hœdina.
Ouilla.
Vitulina.

Vires. *Calfacit, emollit, rarefacit, vlcera explet. Hinc proficuus medullarū vſus in tumoribus induratis & ſcirroſis, &c.*

N. *Optima habetur ceruina, dein vitulina: Medulla Hircina & bubula tum acrior eſt, tum ſiccior, ideoque ad molliendum minus idonea.*

Eſt & medulla ſpinæ dorſalis cerebrique, id eſt, ſubſtantia molliuſcula in cauitatibus eorum collocata. Verum excepto cerebro leporino, reliquæ vſus ſunt rariſſimi,

*Præparata* exinde fieri poſſunt præcipua, Aqua ſtill. & Oleum.

## CAP. XXXII.

*De Pinguedinibus ſeu Axungiis vel adipibus.*

Axungia. Adeps. Pinguedo. AGnina, *Læmmerſchmaltz, oder Fett.*
Anatina.
Anſerina.
Aprugna.
Ardeæ.
Aſchij ſ. Thymalli piſcis.
Canina.
Caponis.
Caſtoris.
Cati ſylueſtr.
Ciconiæ.
Cuniculi.
Erinacei.
Gallinæ.
*Humana.*
Leporis.
Lucij piſcis.
Lupi.
Muris montani.
Ouis ex lana. Oeſypus.
Porcina ſeu ſuilla.
Serpentum.
Taxi ſeu Melis.
Vrſi, fœminæ & maſculi.
Vulpis.
Vulturis.

Huc, Butyrum & præcipuè maiale.

Vires. *Calfaciunt, humectant, emolliunt, abſtergunt, digerunt, pus mouent, anodynæ ſunt plus minus. Nimirum quia pinguedo vires quadātenus ſecundum naturam animalis ſui ſortitur, prout huius natura fuerit, ita & illius. Imbecillior eſt ſuilla (quia ſuis frigidior & humidior;) hac paulo fortior vitulina; hinc gallinacea; efficaciſsima omnium eſt anſerina.*

*N. Quoties adipis abſolute fit mentio, recipe ſuillam, recentem, ſine ſale, candidam.*

*Præparat.* Oleum ſtillatitium.

N. *Quomodo axungia lauetur & aſſeruetur. Vide lib. 1. cap. 29.*

## CAP. XXXIII.

*De Sanguine.*

HEbr. Dam. Arab. Dem. Eſt proximum animalium nutrimentum ex chylo in Venis & Epate elaboratum, adeoque de naturâ animalis magis participans quàm ipſe chylus. In Officinis quidem nulli proſtant, adhiberi tamen nonnunquam ſolent maximè recentes.

Sanguis, Anatis.
Anſeris.
Aſini.
Canis.
Columbæ.
Equi.
Hirci.
Hœdi.

Hominis.
Mulieribus menſtruus.
Leporis.
Perdicis.
Tauri.
Turturis.

Vires. *Calefacit, adſtringit, ſanguinis fluxus cohibet, magis minus pro natura diuerſa animalium, nutrimentique; qua ratione & viribus peculiaribus inter ſe differunt. Auium ſanguis, quia nitroſa plerunque ſcatet facultate, incidit, abſtergit, calculum atterit, oculorum ſuffuſioni confert; vt columbæ, milui, vulturis.*

*Præparata* Anatomia ſanguinis exhibet, 1. ▽m ſeu ſpiritum. 2. Oleum. 3. Sal volatile. 4. Sal fixum. Hic adiunge balſamũ antipodagricum & magiſteriũ, cuius formulas vide lib. 5. de homine.

## CAP. XXXIV.

### *De Seuis.*

SEuum. Ceruinum.
Damæ.
Equinum.
Hircinum.
Hœdinum.
Ouillum.
Taurinum.
Vitulinum.
Huc. Cera.

Vires, *Sunt calida & humida moderatè vel gr. 1. molliunt, diſcutiunt, aliquantulumque adſtringunt.*

*Præparata* rara per ſe exhibent, vt plurimum emplaſtris aliiſque inungendorum formulis inſeruiunt. Siquis tamen ea deſtillationi ſubmittere velit, poterit id probè ad modum, quo Gummi-reſinæ deſtillantur.

## CAP. XXXV.

### *De Stercore & Vrina.*

STercus nihil eſt aliud, quam nutrimenti aſſumpti pars inutilior, craſſior, feculentior, à parte vtiliori in ventriculo & inteſtinis virtute chylifica aliquantulum immutata & hinc per anum excreta.

N. *Conſtat 1. ſpiritu volatili fœtente flagrabili( ♇ fœtidum vocant.) 2. Sale fixiori ( quo agri fœcundantur ) tum quoque 3. terreis ac 4. aqueis portionibus, quæ prioribus illis ſubiectum præbent.*

*Stercora in Medicina vſitatiora ſunt.*

Stercus. Anſerinum.
Aſininum.
Aprignum.
Bouillum ſ. vaccinum.
Caninum ſeu Album-græcum Officinarum.
Caprillum.
Ciconiæ.
Columbinum.
Equinum. 1

Galli

Gallinaceum.
Humanum.
Lupinum.
Muris. Muſcerda.
Ouillum.
Paſſerculi.
Pauonum.
Suillum.

Vires. *Virtutes ſtercorum eruendæ ſunt, tum ex natura rei alimentariæ, tum ex natura animalis, cuius vi chlylifica aliquantulum eas immutari diximus. Auium excrementa (quia harum natura vtplurimum calidiſſima eſt) tota ſunt nitroſa, vnde & mirificam vim habent, diſcutiendi, incidendi, attenuandi, diſſoluendi, aperiendi, abſtergendi, (ſcilicet maculas cutis) diuerſimode tamen, prout ſcilicet diuerſæ aues ſunt, diuerſiſque viuunt alimentis. Iumentorum ſtercora, vim obtinent anodynam, refrigerantem, diſcutientẽ, exhibenturque intus & extra.*

*Præparata* præcipua quæ inde exhiberi poſſunt, ſunt.

1. Aquæ ſtillatitiæ. 2. Olea ſtillat. 3. Salia.

N. *Præter ▽ m ex ſtercore vaccino (omnium florum dictam) non memini alias eſſe vſitatas.*

*De Vrinis.*

Vrina eſt veluti colamẽ chymi & ſanguinis, conſtans ex Sale viſcoſaque terra humiditati phlegmaticæ immixta.

Raræ etſi ſint quæ in vſum medicum veniunt, tamen viribus non carent inſignibus, præcipuè:

Vrina humana.
Caprina.
Ouilla.

Vires. Calfaciunt, *ſiccant, abſtergunt, putredini reſiſtunt. Vrinam pellunt, &c.*

*Præparata.* Spiritus Salque volatile, Sal fixum. Vide lib. 5. de homine.

---

## CAP. XXXVI.

### *De Vnguibus & Vngulis Officinalibus, & de Coagulis.*

*Vngulæ vſitatiores ſunt.*

VNgula Alcis.
Aſini.
Bouis.
Canis.
Equi.
Lyncis.

His addere licet Vnguem odoratum ſeu blattam byzantiam.

Vires. *Vide ſeorſim lib. 5.*

*Præparata.* Præparata in ſpecie ſic dicta. Magiſterium, quibus addi quoque poteſt oleum ſtillatitium.

Coagulum ninil aliud eſt, quam lactis in Ventriculo quadrupedum, quæ adhuc ſugunt, concretio & condenſatio. Sic ſunt.

Coagulum Agni.
Equi. Hippace.
Hœdi.
Leporis.
Vituli.

Excipiendum coagulum antequam ipſa animalia aliud quippiam præter lac maternum deguſtauerint.

Vires. *Coagulum omne*, teſte Galeno, *acris & digerentis eſt facultatis, adeoque exiccatoriæ.*

# CAP. XXXVII.

## *De Acetis.*

ACeta quæ in Officinis proſtant, vel mera ſunt, vel qualitatibus medicamentalibus aliunde imprægnata.

De meris horumque præparationibus agetur peculiariter lib. 4. cl. 2.

Aceta qualitatibus aliunde imprægnata (præter pauca alia, de quibus d. l.) fiunt ex Aceto vini optimo, ac vegetabilibus, ſuntque vel inſolata ſiue infuſa ſaltem, vel quoque, quæ pauciſſima tamen ſunt, deſtillata.

*Modus fiendi:* ℞. Materiam inſolandam puram atque exiccatam, præpara ad infuſionem, (*vt ſit in decoctionibus incidendo ſc. quæ incidenda ſunt, contundendo quæ contundenda, &c.*) Hinc imple lagenam vel vitrum, ac affunde acetum vini acerr. donec ad lagenæ ceruicem pertingat: Orificio bene clauſo colloca in locum tepidum, vel temperatum & acetum viribus rerum infuſarum imprægnabitur.

N. *Vegetabilia aliquantulum areſacta recipere oportet; ne ſqualore ſuo acetum corrumpant.*

Modus *deſtillandi* non diſcrepat à deſtillatione aceti ſimplicis de qua lib. 4. claſſ. 2.

— Aceta Officinalia ſimpliciora fiunt per ſolam inſolationem: ſuntque vſitatiora.

Acetum Anthoſatum ex inf. florum anthos.

Calendulatum ex floribus.
Caryophyllatum ex flor.
Cort. citr,
Fragor. è fructib.
Lauendul. è flor.
Menthæ: ex foliis.
Papav. rhæad. è fl.
Roſat. ex flor.
Rub. Idæi: è fructibus.
Rutae. è fol.
Sambuci: ex florib.
Scordij: è fol.
Scylliticum, è rad.
Violar. purpur. è floribus.

*Aceta compoſita ſunt.*

Acetum Alexicacum ſ. Deſtillatum alexic. F.F. *v. infra.* N. 1.
Bezoardicum. 2.
Prophylacticum FF. 3.
Rutaceum. F.F. 4.
Theriacale Auguſt.

1. *Acetum agreſtinum ſolutiuum Cl. D.D. S. Cloſſæj Archiatr. apud Metenſes celeberrimi.*

℞. Succi agreſtæ ſiue omphacij depurati ℥ij.
fol. Sen. Oriental. ʒij.
ſem. anis. contuſ. ℈j.
rad. mechoac. in tenues lamellas diſſectæ, (non autem puluceris, aliàs infuſum euaderet viſcidum) ʒß.
garyoph. integr. n. ij.

Macerentur in Lagenâ loco frigido & de iſto aceto agreſtino permiſce cochl. ij. aut iij. in iuſculis condimenti loco, in quibus prius diſſoluta ſit ʒß. cremor. 🜿. Adultis detur doſis ſuperior integra.

*Huius remedij aſſiduo vſu hemitritæum & morbos Chronicos, quamuis longâ patientiâ edomari, probatum eſt.*

2. *Acetum*

2. *Acetum Alexicacum ſeu Deſtillatum alexic. F.F.i.e.Francofurtenſe.*

℞. Rad.Tormentill.
Zedoar.
Biſtorr.ā. ℥ij.
Angelic.
Imperator.
Hirundinar. ā. ℥iß.
Pimpinell.
Dictamn.alb.
Ariſtoloch.rot.veræ.ā.℥ij.
Herb.Card.bened.
Galeg.
Scord. ā. Miß.
Sed.maj.
Endiu.ā. Mij.
Fl. Calendul. Miiß.
Roſar.rub.
Nymph.
Borag.
Tunic.
Sambuc. ā. M.j.

Poma citria recentia minimeque putrida N. viij.

Inciſis incidendis, ac contuſis contundendis affunde + acerr.℔. X. ſtent in infuſione ☽ (3) poſtea deſtillentur per ✓ vitreum.

3. *Acetum Bezoardicam.F.F. Cl.Dn. D.de Spina.*

℞. Rad.Enul. camp. ℥ij.
Angelic.
Oſtrut.
Valerian.
Vincetoxic.
Chelidon.
Pimpinel.ā.℥vj.
Gentian.
Diptamn.alb.
Ariſtoloch.rot.
Tormentill.
Scabioſ.
Succiſ.
Petaſit.
Zedoar. ā. ℥ß.
Bacc. Iunip. M.iiij.
Myrrh.elect. ℥ß.
Fol rub.
Chelidon.mai.
Scord.
Chamædr.
Card.bened.ā.Mij.

*Incidantur & contundantur vt eſt moris, dein affunde.*

Aceti vini acerr. ℔. viij.
Spir.Vini ℔. iij.
Theriac.Androm.℥ij.
Spir. ♁ i. ℥ß.
Camphor. ℥ij.

Digerantur per dies aliquot (14.) dein exprimantur, filtrenturque per chartam.

4. *Acetum confortans S. Cloß. Pulseſſig.*

℞.fol. rut.Miij.
fumar. Mj.
Baccar. Iuniper. ℥ij.
Garyphill.
Macis.
Nucis moſch.
Teſticul.caſtor.ā. ℥ß.

Contuſis affunde acet.roſ.℔iij.

Inſola per aliquot dies vel macera retrò fornacem.

Vires. *Grauidis, puerperis, & ab vtero ſyncopizantibus prodeſt, odorando, tempora fricando, & pulſui vtrique ex linteis eo madentibus, alligando, In febribus malignis commodè additur camph.℥j.*

5. *Acetum Prophylacticum F.F. Cl. Dn. D.Arnoldi VVeickard.*

℞.Rad.Angelic.
Zedoar,
Leuiſtic.
Pimpinell.germanæ.
Rut. ā. Mj.

Turbith.

Turbith.el. ℥ij.
Cort.citr.recent. ℥iij.
Baccar.Iuniper.bene.matur. ℥iß.
Laur. ℥j.

Inciſa & contuſa, vt moris, macerentur cum acet. acerr. Menſ. ij. poſtea deſtilletur per XX vitreum. Seruetur pro vſu.

Vires. *Inſignes vires bezoardicas aceta hæc recenſita obtinent, quibus non modo contagioſos morbos præcauere, ſed & per ſudorem, vrinamue expellere pollent.*

4. *Acetum rutaceum. F.F.*

℞. Fol. Rut.
Scord.
Card.benedict.
Tanacet. ā. Mj.
Bacc. Iuniper.
Rad.Angelic. ā. ℥ij.
Zedoar.
Cort.citr. ā. ℥ß.

Incidantur minutim, ac infundantur in + optimi ℔. vj.

Viribus *conuenit cum prioribus.*

## CAP. XXXVIII.

### *De Aquis deſtillatis.*

AQuæ, in Officinis, diuerſimodè paratæ proſtant, ſimulac diuerſæ naturæ; aqueæ ſcilicet, i.e. ad naturam aqueam accedentes, vel ſpirituoſæ, i.e. ſpirituum naturam referentes.

Modus parandi vel deſtillatio eſt vel infuſio, decoctioue, vel commixtio.

N. *Modos deſtillandi. Vide lib. 1.*

Deſtillatio aquarum pro diuerſitate materiarum diuerſimodè peragitur, idque non modo ratione caloris diuerſi, verum etiam ratione inſtrumentorum variantium.

In regno MACROCOSMICO aquæ ferè ſingulæ peculiares deſtillandi modos obtinent, ideoque ſpecialiter deſcribendæ erunt lib. 3.

In R. VEGETABILI deſtillantur aquæ ex *herbis, floribus, radicibus, lignis & armatibus,*

I. *Ex herbis & floribus viribus.*

1 ℞. *Herb.* vel *Flores* q.v. incide minutim conquaſſaue, ac affunde ▽ m (ne empyreuma contrahat) deſtillaque per MB.

N. 1. *Ex herbis floribuſve virentibus tenerioribus (quorum vis facile euaneſcit) vt & frigidioribus, deſtillantur aquæ per : Ex aromaticis autem vt & calidioribus, quorum vis non ita volatilis, profundiuſque inhæret, commodius per veſicam eliciuntur.*

N. 2. *Herbæ odor quo facilius expirat, eò tepidiore vtendum.*

N. 3. *Si nobiliores expetis aquas, affunde deſtillatam ſuper materiam nouam, ac deſtilla denuo.*

O. *Non abs re fuerit præmittere macerationem diei vnius ac alterius, vel & fermentationem, addito, ſi libet, tantillo ⊖is vel fecum cereuiſiæ, præcipue ſi olea expetuntur.*

N. 5. *Si colorem natiuum ſpiritibus & aquis deſtillatis conciliare volueris, impone eos in XX vt tranſeat ▽ extillans: Verum enimuero, minus durabilis ▽ illa futura eſt.*

2. ℞. Succum ex herbis expreſſis ac deſtilla.

II. *Ex herbis ſiccis.* ℞. Herbam quamcunque

cunque vis, incide & affuſa aqua calida macera aliquandiu; hinc deſtilla.

N. *Ex herbis calidis & odoratis melioris notæ ▽æ & olea deſtillantur, ſic ſicca deſtillationi ſubiiciantur.*

III. *Ex Fructibus* ℞. Fructus maturos. E.g. poma, ſcinde minutim vel conquaſſa ac deſtilla per VP.

N. *Ex mollioribus, exprimi poteſt ſuccus ac deſtillari.*

IV. E *Seminibus.* ℞. Semina groſſe contuſa, macera cum ▽ hinc deſtilla per veſicam.

V. Ex *Radicibus.* ℞. Radic, conquaſſa, macera cum ▽ ac deſtilla per Veſic.

N. *Raræ ſunt ▽æ ex ſolis radicibus deſtillatæ.*

VI. Ex *Lignis.* Ex lignis quæ eliciuntur, ſpirituoſæ imprimis ſunt, ideoque ad ſpiritus referendæ, Videri quoque poſſunt earum deſtillationes in oleis deſtillatis.

VII. Ex *Aromatibus.* ℞. Aromata groſſè contuſa, macera cum menſtruo idoneo per aliquot dies (4.5.6.) dein deſtillentur per veſicam. Sic ſtillat ▽ & oleum. Hæc ſepara & ſi opus rectifica. *Vide de oleis ſtillat. quia vno & eodem actu ▽ & olea ex aromatibus proliciuntur.*

N. 1 *Menſtruum in ſingulis dabitur.*

N. 2. *Aquæ hæ ſpirituoſæ ſunt.*

In Regno ANIMALI eliciuntur aquæ 1. ex *animalibus integris* molliusculis, mucilaginoſisque 2. ex *partibus molliuſculis*, V.g. Cerebro ſpinaliue medulla. 3. *E ſanguine.* 4. *E nouellis cornibus.* 5. *E ſtercore.*

1. Ex *animalibus integris* mucilaginoſis: ℞. Animalia (lota ſi placuerit) ſcinde minutiſſimè, conquaſſaue hinc deſtilla ex MB vel VB, affuſa, ſi placuerit, ▽ conuenienti: Sic paratur ▽ lumbricorum, cochlearum, vt & ſpermatis ranarum,

2. Ex *Medulla Cerebri*, paratur eodem modo, addita ▽ cephalica v. g. tiliæ, pœoniæ; &c.

3. *Sanguinis* deſtillatio etſi itidem è MB perfici queat: præfertur tamen quæ fit igne nudo ex cucurbita fictili. *Vide de oleis c. 7. & ſpiritib. c. 81.*

4. E *Cornibus* quomodo liquor ſtillet. Vide de oleis. E *nouellis cornibus*, e.g. ceruorum fit ▽ per Retortam vel Cucurbitam humilem è MB aut VB affuſo pauco Vino vel & ſine additione. Vide lib. 5. de Ceruo.

5. E. *Stercore*, fit itidem per MB. vel cineres, proditque primum ▽. hinc oleum.

Sunt itaque:

*Aquæ Officinarum Simplices ac Phlegmaticæ.*

Aqua Abrotani.
Abſynthij.
Acaciæ flor.
Acetoſæ.
Acetoſellæ.
Adianti.
Agrimoniæ.
Albuminis ouorum.
Alchimillæ.
Alkekengi ex baccis.
Altheæ.
Alſines.
Anethi.
Angelicæ.
Anguriæ.
Aniſi.
Apii.
Aquilegiæ.
Artemiſiæ.
Aſparagorum.

Auratiorum ex florib. dicitur
∇ Naphæ, &c.
Aurant. ex corticib.
Auriculæ mortis.
Bardanæ ſimpl.
Baſilici.
Betonicæ.
Betulæ ſucci.
Biſtortæ.
Borraginis ex flor.
ex toto.
Bugloſſæ ex flor.
ex tot.
Burſæ paſtoris.
Calamentæ.
Calamæ o fficinarum.
Calcatrippæ.
Calendulæ.
Capilloru m Veneris.
Caprifolij flor.
Cardui benedicti.
*Mariæ.*
Carui.
Cariophyllatæ.
Centaurij minoris.
Centumnodiæ.
Ceraſorum nigr.
Cærefolij.
Chamæmeli.
Chamæpityos.
Cheyri fl.
Chelidonij major.
Ch. minoris.
Cichor.
Cinamom. communis.
Citri excortic.
Conſolidæ med.
Coriandri.
Craſſulæ.
Cuſcutæ.
Ciani fl.
Cydoniorum.
Cymini.
Ebuli è flor.
Endiuiæ.
Enulæ.
Eupatorij Auicen.
Euphragiæ.
Fabarum fl.
Fœniculi.
Florum omnium, lætaminis.
Fragariæ.
Fragorum.
Fumariæ.
Geniſtæ.
Graminis ex rad.
Geranij.
Hederæ terr.
*Hepaticæ* nob.
H. Stellatæ.
Herniariæ.
Hyoſcyami.
Hyperici.
Hyſſop.
Imperatoriæ.
Lactucæ.
Lapatij acuti.
Lauandulæ.
Leuiſtici.
Liguiſtri fl.
Lilior. alborum.
Conuall.
Linariæ.
Lumbricorum.
Lupulorum.
*Majoranæ.*
Maluæ.
Matricariæ.
Meliloti.
Meliſſæ.
Mellis.
Mentæ criſpæ.
Mentaſtri.
Mercurialis.
Millefolij.
Morſus Diabol.

Naſtur

Naſturtij aquatici.
Nicotianæ.
Nucum Iugland.immatur.
Nymphææ alb.
Nummulariæ.
Origani.
Ononidis.
Pæoniæ.
Papaueris albi.
Parietariæ.
Pentaphylli.
Perſiccariæ maculoſæ.
Perſicorum florum.
Petaſitidis ex toto.
Pimpinellæ.
Plantaginis.
Pluuialis.
Portulacæ.
Praſſij.
Primulæ veris.
Pulegij.
*Pyrolæ.*
Querc.fol.
Raphani Ruſtici.
Vulgaris.
Rorellæ.
Roris maialis.
Roſarum pallid.
rubear.
Roriſmarini.
Rubi idæi ex bacc.
Rutæ.
Saluiæ.
Sambuc flor.
Saniculæ.
Sauinæ.
Satyrij.
Saxifragiæ alb.
Scabioſæ.
Scolopendrij.
Scordij.
Scorzoneræ.
Scrophulariæ.
Semperuiui.
Senecionis.
Serpilli.
Sigilli Salomon.
Sigilinis fl.
Solatri.
Spermatis ranarum.
Tanaceti.
Taraxaci.
Thymi.
Tiliæ flor.
Tormentillæ.
Trifolij.
Trinitatis.
Tunicæ fl.
Tuſſilaginis.
Valerianæ.
Verbaſci.
Verbenæ.
Veronicæ.
*Violarum* ex fl.
ex toto.
Vitium lacrymæ.
Vrticæ.
Zedoariæ.

*Aquæ fortiores cum Vino atque ▽æ Compoſitæ.*

Aqua Anhaltina.*infrà* No. 1.
Aniſi cum Vino aduſto.
cum Maluatico.
Antidotalis, (Alexipharmaca Matthioli Aug.)
Aperitiua. 2.
Apoplectica *Crollij*. 3.
Apoplect.Sennerti. 4.
Arthritica. *Aug.*
Aſthmatica. 5.
Bardanæ compoſita. *A.*
Bezoardica. 6.
Caponis compoſita. *A.*
Carbunculi. 7.
Ad deſiccandos cata rhos. 8.
Carminatiua. 9.

Cephalica aromatica. 10.
Cephalica F.F. 11.
Cinamom. c. Maluat.
c. ▽ roſarum.
Cómunitatis ophthalmica. 12.
Cordialis Herc. Sax. cal. 13.
frigida. 14.
Cordialis reſtaurans. 15.
Coſmetica. 16.
Coſmetica pretioſa. 17.
Coſmetica S. Gloſſ. myrrhata. 18.
Damaſcena odorifera. 19.
Diurtica ex nucleis F.F. 20.
Antidyſenterica. 21.
Diuretica. Cloſſ. 22.
Embryonum S. Balſamus puerorum. *A.*
Epileptica Langij.
Febrifuga. 23.
Fortis. *A.* vide & l. 3. c. 23.
Ad gutturis affectus. 24.
Antihectica. 25. 26.
Hirundinum. *A.*
Hyſterica Croll. 27.
Iuniperi c. Spir. vini.
Hyſterica Matth. Martin. 28.
Imperialis correcta. 29.
Lauendulæ compoſ. 30.
Magnanimitatis. 31.
Mirabilis. *A.*
Nephritica. 32.
Ophtalmica. *vide collyr.*
Philoſophorum. 33.
Pectoralis. 34. 35.
Picarum. 36.
Regia. *vide in* ☾ *l. 3. c. 23.*
Saluiæ compoſit. 37.
Antiſcorbutica. 38.
Antiſpaſmica Cloſſ. 39.
Splenetic. 40.
contra Terrorem. 41.
Theriacalis Bezoardica. *A.*
Theriacalis contra peſtem. 42.
Theriacalis Croll. ſeu Spir. theriac. camphorat. 43.
de Trib. Mixtura ſimplex. 44.
Triſtantis. 45.
Vitæ aurea Langij. *A.*
Vitæ Matthioli. *A.*
Vitæ comm. *A.*
Vitæ mulierum. 46.
Vitæ mul. camphorata. 47.
Virtutum.
Vomitiua Plateri. 49.
Vomitoria Æſculap. Saturn. 50.

N. *Non poſſum, quin in limine aquarũ compoſitarum Pharmacopœiæ tyronẽ erroris commonefaciã, quem in nonnullarum deſtillatione comperio. Videlicet admiſceri deſtillandis eiuſce farinæ materias, quarum vis contumacior eſt, quam vt deſtillationis opere eleuari cũ cæteris queat. Tales ſunt Gemmæ, Margaritæ, Corallia, oſſa, cornua, aurum, &c. Eapropter ſi qua talia occurrerunt, ne fruſtra ſumptus impendant, præſtat eadem deſtillato admiſcere, ſiue ſub formula præparatorũ id fiat, ſiue, quod melius, ſub forma Magiſterij, ſiue quod adhuc aptius ſub forma liquoris.*

1. *Aqua Anhaltina.*

℞. Terebinth. el. ℔. ß.
Thur. maſc. ℥j.
Lign. Aloës pulu. ʒiij.
Gran. Maſtich.
Garyophyll. (aliis fl. anthos.
Nuciſt.
Cubeb. (aliis Galang.
Cinamom. a. ʒ. vj.
Croc. or intepr. ʒiiß.
Sem. Fœnic.
Bacc. Laur. a. ℥ß.

Pulueriſata infundantur in ▽ ℔. v. digerantur per ♂ (6.) additis Moſchi in petia ligati g. xv. Hinc deſtillentur lentiſſi-

lentiſſimo MB Quod clarum eſt ſeparetur à turbido.

N. *Præſtat Moſchum roſtro alembici imponere.*

Vires: *Calf.ſicc. diſcutit; ſtomachum, cor, & reliqua viſcera corroborat. Hinc efficax eſt in animi deliquis. Extrinſecus crebrior eius vſus eſt; confer in catarrhis atque doloribus à cauſa frigida ſubortis, in Arthritide quam Vagam vocant, in Paralyſi, Epilepſia, Apoplexia. Vertigine, Tremore, Lethargo, &c. ſc. membrum affectum ea benè fricetur.*

2. *Aqua Aperitiua.*

℞. Rad. Eryng.
Scorzoner.
Filic.
Centaur. maj.
Bruſ. a. ℥ß.
Fœnic.
Cort. Cappar.
Tamariſc.
Fraxin. ā. ʒiij.
Citri odorat. ʒiiß.
Sem. Vitic.
Card. bened.
Cichor. an. ℥ß.
Endiu.
Scariol.
Naſturt.
Citr. an. ʒij.
Herb. Polytrich.
Adianth.
Ceterach.
Cuſcut.
Scolopendr.
Betonic.
Endiu. an. Miß.
Sum. Thym.
Epithym.
Lupul.
Flor. Hyperic.
Geniſt.
Borrag.
Meliſſ. an. Mi.
Paſſular. min. ℥i.
Infundantur in ▽. Lupul.
Scolopendr.
Card. bened.
Veronic. an. ℔i.
Viu. Rhenan. ℔iiß.
Additis. Cinam. ʒiß.
Spec. Dialacc. ʒß.

Stent in loco calido per ♂ ℘ (2.) probe clauſa, poſtea ☡ lentur in MB. ▽. ento.

Vires. *Maximarum eſt virium in reſerandis obſtructionibus totius corporis, maxime vero Lienis, Epatis & Meſenterij, adeoque commendabilis in affectu hypochondriaco, aliiſque affectibus affinibus. Doſis cochl. 1.*

3. *Aqua apoplectica Crollij.*

℞. Fl. Lil. Conuall.
Tiliæ.
Pœoniæ.
Primul. veris.
Maioran.
Lauendul.
Saluiæ.
Betonic.
Roriſmar.

Ceraſor. nigro. & dulcium. ☽ creſcente decerptorum, q. p.

Tritis omnibus & mixtis (vel ſeorſim flores, ſeorſim ceraſa deſtillentur ☽) adde farinæ ſinapi ℔ i vel ij. affuſaque ▽ comm. q. ſ. fermententur ac deſtillentur in . Spiritui elicito adde Elixyr. Epilept. Croll. an. circula aliquandiu.

N. *Ad fermentationem promouendam in ▽ illa communi tantillum lupuli ac fermenti coqui poteſt, vel & fermentum addere licet ſine coctione.*

*Doſ. cochl. ſ.*

4. ▽. *Apoplectica Sennerti.*

℞. Fl. lil. conuall.q. v. infunde in Vini optimi Menſ.ij. ♂. (14.) poſtea deſtilletur ac ſerua. In deſtillato infunde poſtmodum.

El. Lauand. recent.q. placet.
Cubebar.
Cinamom.
Nuc. Moſch.
Macis.
Galang. a. ℥ß.
Viſc.quern.
Rad. Pœon. a. ʒvj.

Stent in maceratione vaſe clauſo ♂ (14.) Hinc deſtilla.

N. *Poſſunt & & flores tiliæ addi.*

5. ▽. *Aſthmatica F.F. Luſftvvaſſer.*

℞. Rad. Enul., Camp.
Vngul. Caball. à. ℥ß.
Gentian. ℥ij.
Garyophyllat.
Zinzib. alb. à. ʒij. ℈j.
Baccar. Laur.
Iuniper. a. ʒij. ℈j.
Cinamom. acerr.
Cardomomi a. ʒij.
Fol. Salu.
Maioran.
Hyſſop.
Marrub. a. Mſ.
Irid. fl.
Polypod. q.
Liquirit.
Iuiub.
Sebeſt.
Vuar. paſſul. min.
Dactyl.
Pineat.
Amypd. d. à. ʒiij.
Squill. præp.
Sem. vrtic. rom.
Fœnic.
Ocym. à. ʒiij. ℈j
Fic. ping. ℥j.
Mellis deſpulat ℥iß.
Vini Maluat. ℔iiij.
Spir. Vini ℔iij.

Stent ſimul in infuſione dies aliquot (8.) dein deſtillentur per ⚹ addantur Sacchari ℥xviij.

N. 1. *Alij addunt & pulmonem Vulpis.*

N. 2. *Sunt qui Spiritum Vini omittunt, atque ſolum Vinum Maluaticum, pondere ſc.* ℔viiij. *recipiunt.*

N. 3. *Deſtillato addunt Moſch, gr. vij,*

Vires. *Aqua hæc, licet vi tituli pulmonibus ſolis dicata videatur, vtpote quibus ſpecificè opitulatur, craſſam ac tartaream mucilaginem attenuando, aſperitatem leniendo, reſpirationem facilitando, &c. nihilominus tamen nec inſignibus caret viribus, quibus inſuper debili ventriculo ſubuenire potis eſt, cruditates eius emendando, frigiditatem corrigendo, &c.*

*Doſis prout ſpirituoſa fuerit à cochl. ½ ad 1.*

6. *Aqua Bezoardica.*

℞. Rad. carlin. exiccat. ℔j
Vincetox. ℔ß.
Summit. hyperic. exiccat.
abſynth. an. ℥vj. F. puluis
cuius ♃. ℥xij.
aq. font. ℔ iiij.
rectific. ℔ß.

M. & deſtilla per veſicam ad medias diſſ. in ſing. ℔. ſalis 🜔 ⊕lati ℈ij donec aceſcat.

*Dos. pro præſeruat. cochl. ⁝. procuratione iiij. aut v. reiterando ſemel, poſt horas V. ſudando deſuper vſque dum meliorationem perſentiat.*

7. ▽. *Carbunculi.*

℞. Flor. Roriſmar. ſ. Anthoſ.

Liliot

Lilior.conuall.
Violar.
Borrag.à ℥vj.
Herb.Majoran.
Salu.min.
Lauandul.
Endiu.
Spic. à ℥j.
Nucis moſchat.
Zinzib.
*Macis.*
Garyophyll.
Cinamom.
Cardomom.
Gran. Paradiſ.
Cubebat.
Galang.
Viſc.querc.
Auellanar.
Sem.Pœon.
Raſ. c.c. à ℥j.

Incidantur & infundantur in Vini Maluat.

▽.Lauand.
Spic.
Roſar.
Fragor.à ℔iij.
Vini alb.generoſ. ℔ij.

Poſtea adde.

Aurifoliat.
Margarit.
Oſſ. de c. c.
Lap.percar.à ℥ß.
Moſchi. q.v.

F.f.a. deſtillatio in MB.

N.☉*lem margaritas, &c.minus rectè ſubiici deſtillationi, rectius deſtillato admiſceri.*

Vires. *Vſus huius aquæ ſpirituoſæ internus frequens eſt, in aquis cordialibus ac cephalicis: miram enim vim habet ſpiritus vitales, animales ac naturales ſuſcitandi, calfaciendi, viſcera omnia ac præcipue neruoſum genus corroborandi, extrinſecus ibidem vſus eius creber eſt in Epithematibus cordialib, ac pulſum, in Catarrhis frigidioribus, Paraliticis membris, cephalalgia, &c.*

8. *Aqua ad deſiccandos Catarrhos. Fluſzvvaſſer S.Cloſſ.*

♃ Serpilli q. v.inde cucurb. & affunde vini maluat. quantum ad cooperiendam herbam ſuff. relinque in cellâ per 3.ſeptim.deinde deſtilla leniter, & in hac aquâ macera ligni Saſſafr. torno attriti ℥j. *Dos.cochl.*jß.

9. *. Carminatiua ſeu de Chamomill. compoſita Grimmervvaſſer.*

℞. Flor.Chamomill.Rom. M.xxx.

Incidantur & contundantur, infundanturque per horas 24.in

Aq.Chamomill. ℔. x.(alij xv.)
Vini generoſi ℔. vj.

Hinc exprime fortiſſime, in colatura iterum infundantur hor. 24. alij flores Chamomill.com.(M.xxiv.) exprimantur, colentur, In colatura macera.

Fl.Chamomill.M.xij.
Flaued. cort.arant. ℥iß.
Herb.Abſynth,pont.M.ij.
Centaur.min.
Puleg.
Origan.à Miiſ.
Sem.Aneth. ℥iij.
Aniſ.
Fœnic.à ℥iß.
Caru.
Cumin.
Card.bened.
Mariæ à ℥iß.
Bacc. Iuniperi.
Lauri à ℥ß.

Stent hor. 24. tunc MB lento deſtilla.

Vires. *Magnarum eſt virium in morbis, à flatibus ſubortis, e.g. paſſione colica, inflatione ventriculi & ſim. Præter quam enim*

*enim quod ſlatus diſcutit, vim quoque obtinet paregoricam.*

10. *Aqua Cephalica aromatica.*

℞. Nuc.moſchat. ℥j.
Galang.
Calam. aromat. ana. ℥ß.
Macis.
Garyophyllor.
Cinamom.ana. ℥j.
Flor. Lauand. M.iß.

Vini Rhenani menſur. ij. ſtent in infuſione, poſtea deſtillentur.

Vires. *Non capiti ſolum, ſed & ventriculo maximopere conuenit, imbecillitati eorum ſuccurendo, cruditates inde ortas corrigendo, & diſcutiendo*, Sennert. in inſtitut.

11. ▽. *Cephalica* F. F. *vel Epileptica Schvvindelvvaſſer.*

℞. Flor. Lilior. conuall. ℔. iſ.
Pœon.
Lauendul.
Betonic. a. ℔. j.
Til.
Primul. Veris. ana. ℥iij.
Herb. Botryos. cum flor. Mj.
Rad. Pœon. ℥iiſ.
Ariſtoloch. ℥iß.
Diptamn. alb. ℥j.
Sem. Pœon. ℥iiſ.
Cubebar. ℥j.
Piper nigr. ℥ß.
Viſc. quern. ℥j. ʒij
Coryl. ʒiij.

Macerentur in Vini maluat. Menſur. 2. per ſeptimanas 3. Dein deſtillentur in MB.

N. 1. *Duplici modo* ▽ *hac in officinis noſtris parata proſtat. 1. uti iam deſcripta eſt. 2. cum caſtorei* ℥ß. *quod vel ſimplici infuſione vel repetita deſtillatione* ▽*m cephalicam cum caſtoreo dictam conſtituit.*

N. 2. *Quoniam* ▽*e huius ingredientia, eodem tempore recentia haberi nequeunt, ne exiccando quid virium pereat, ſingula, prout collecta fuerunt infunduntur, ſeorſim deſtillantur, deſtillatumque loco menſtrui reliquis affunditur.*

Vires. *Non immeritò Apoplecticam nominaueris, vtpote cui morbo præcipuè conſecrata eſt. Succurrere tamen apta eſt, & reliquis capitis affectibus, catarrhorum flatuumque nequitia introductis.* *Quales ſunt vertigo, Grauedo capitis, Epilepſia.*

12. *Aqua communitatis ophthalmica.*

℞. Herb. Euphrag. Miii.
Celidon.
Fœnic.
Verben.
Silermont. ana. Mii.
Rut.
Meliſſ. ana. Mi.
Caryophyllor.
Macis.
Piper. long. ana. ℥ß.

Macerentur per noctem in ▽ roſar. alb. Vini alb. ana.

Deſtilla l. ▽. in MB.

Vires. *Acuit viſum, ſordes oculorum detergit, maculas aufert, vlcera ſanat, &c. ſcil. inſtillata.*

▽ *communitatis paulo aliter.*

℞. Sum. Euphrag. Mij.
Chelidon.
Verben.
Betonic.
Chamæpit.
Aneth.
Hormin.
Anagall. flor. rub. ā. Mj.
Sem. Ameos. ℥ſ.
Rad. Caryophyllat. ℥j.
Fl. Anthos. Mß.
Piper long. ʒij.

Macerentur

Macerentur in Vini albi q.ſ.per ♂ integrum & deſtillentur.

Vires *eaſdem obtinet cum priori.*

13. *Aqua cordialis Herculis Saxoniæ calidæ.*

℞. Cort.citri.
Fol.Meliſſ.
Ocym.
*Vincetoxic.*
*Fl.*Caryophyll.
Roſmar.
Satureiæ.
Sum.Diptamn.
Scord.
Petroſel.
Fœnic.ana.Mj.

Infundantur in ſ. q. Vini odorati, aut maluatici . per ♉ (3.) poſtea deſtillentur : in deſtillato iterum infundantur.

Caryophyllor.
*Macis.*
Nuciſt.
Lign.Aloës.ana.ʒij.

Deſtillentur denuo.

N. *Addi poſſunt grana aliquot Moſchi & Ambræ.*

*Doſis à* ʒij.*ad* ℥ß.*&c.*

14. *Aqua Cordialis eiuſdem frigida.*

℞. Succ. Borrag.
Bugloſſ.
Meliſſ.
Acetoſ.
Oxylapath.
Trinitat.
Biſtort.
Cyan.cærul.
Calendul.
Limon.
Citr.ana.lib.1.
Acet.lib.1.(alij lib. ,alij.lib.1ß.
Sem. citr.
Portulac.
Flor.Nymph. alb.
Violar.
Roſar.à ℥i.
Terr.ſigillat.ſtrig.
Bol.armen.or.
Terr.Lemn.ana.ʒiij.
*Spec.Diatr.*Santal.ʒij. (alij omittunt.
Camphor. ʒj.

Infundantur ſpecies in ſuccis, macerenturque ♂ (3.) Hinc deſtillentur per ☓.vitreum in MB.

*Doſis* ℥. *ad* ℥*iij.&c.*

15. *Aqua cordialis reſtaurans P. de Spina.*

℞. Corn. Ceru.mollis & tenelli in taleolas ſect : ℔ij.
Succ.carnis vitulin & caponis in duplici vaſe ſ.a.extract.℔ij.
*Succ.*pomor.redolent.℔i.
*Bugloſſ.*
Acetoſell.
Trifol.acetoſ.an.℔ß.
Vini optim.℔ij.
Lign.Santal. citrin.
Rhod.an.ʒvi.
Cinamom.℥j.
Lign.aloës. ℈ij.

Digerantur omnia per ♂ ℘. 2. dein deſtillentur in MB.

℞ Huius aq. ℔iiij.
Succ. citr. recent q. ſ. ad gratam aciditatem. Deinde adde
Flor.caryophyll.rub. piiij.
Corrag.
Bugloſſ.
Violar. an. pii.
Roſ.rub. piii.

Extrahatur Tinctura, cui alde
Conf.Alkerm. ʒiii.
De hyacinth. ʒiß.
Magiſt. margarit.

Corall. rub.a.ʒi.

Digerantur & ſeruentur pro vſu.

Vires. *Spiritus vitales languidos mirificè reficit, adeoque conuenit in ſyncope, palpitatione aliiſque affectibus cordis. Doſ. cochl. ſ. vel integrum.*

16. *Aqua Coſmetica.*

℞. Ceruſſ.alb.℔i.
Succ. limon. ℥i.
Limac. ℥iii.
Album ov. N.XV.
Camphor.
Boracc.a. ʒiß.
Myrrh. ʒii.
Thur.
Maſtich.a. ʒß.

Infundantur hor.24. in
Aq.Til.℔iij.
Sambuc.℔iß.

Poſtea deſtillantur.

Vires. *Cutem dealbat, leuemque reddit.*

17. *Aqua Coſmetica precioſa.*

℞. Lil. alb. ʒvi.
Ireos Fl.
Fabar.
Cicer.
Lupinor.a. ʒß.
Fl. fabar recent Mß.
Tragacanth.
Ceruſſ. alb.
Sacchar.alb.a. ʒß.
Medull. panis alb. in lacte madefactæ ℥j.
Oliban.
Gum.arab.a ʒiij.
Borrac.
Alum.plumoſ.a ʒij.
Album oui ℥j.
Camphor. ʒiß.

In ſ. q. aquæ Roſar. & flor. Fabar. an. infundantur ♂ ♀ 3. Deinde deſtillentur.

18. *Aqua Coſmetica ſiue myrrhata S. Cloſſai.*

♃ lactis caprill.rec. mulcti ℔ I V.
album ouorum n. X I I.
ad nenuph. &
roſ.albar.an.℔i.
Succi ſemper viu.maior.℔iß.
vini Hiſpan. ℔3.
F. deſtillatio in MB de quâ cape ℔ii.
myrrh. opt.ſubtil. puluer. ℥ii.

Digere per 24. horas & F. iterum deſtillatio per MB non omnino ad ſiccitatem pro ordinariâ ablutione. Quod ſi facies eruganda ſit aut epidermidis aſperitas tollenda tunc

♃ aq.myrrh.præſcript. ℔ß.
Sacch. cand. ʒii.
Borac. ʒi.
Alum.viti ℈i.M. abluatur facies.

19. ▽ *Damaſcena odorifera.*

℞. Ireos.Fl.
Caryophyll.
Cubebar.
Cinamom.acerr.
Gran.Paradiſ.
Calam.arom, à ℥i.
Maioran.
Thym.
Fol. laur.
Fl. Anthos.
Roſar. rubr. ana. Mi.
Lauandul. ʒiii.

Vini optimi Menſ. 3. Macerentur ac deſtillentur: Deſtillato liquori addantur.

Moſchi ℈ß.
Ziberh.gr.vi.M.

Vires. *Calfacit, ſiccat, incidit, diſcutit, cor ac caput inprimis raborat.*

20. ▽. *Diuretica ex nucleis F.F. ſeu Liquor diureticus, Kernvvaſſer.*

℞. Flor.Sambuc.ſiccat ℥v I.

Amyg.

Amygd.amar.℥v.
Nucl.perſic.℥xii.
Ceraſor.

Inciſa ac groſsè contuſa macera in Vini maluat. menſ. iiß. hinc deſtilla in ♍.

Vires. *Inſignium virium in atterendo calculo, abſtergendis vreteribus, vrinaque cienda.*

*Doſis coch. j.*

21. *Aqua anti. dyſenterica.*

℞. Nuciſtæ.
Sem. Plantag.
Sanguinar.
Burſ. paſtor.
Sanguiſorb.a.℥ß.
Gallar.ʒ.vi.
Cydonior. exicc. ℥j.
Meſpilor.exicc.
Sorbor. exicc. a ℥ß.
Boli.
Terr.ſigillat a ℥j.
*Flor.*Balauſt.Mj.
Rad.Acor.℥ß.
Fruct.Acac.exicc.℥j.
*Panis* roſti cum cruſta Miij.

Infunde in Aq. plantag.
Tormentill.
Burſ.paſtor a.q.ſ.

Stent in infuſione per ☌ ♇(8) poſtea deſtilla ex MB.

Vires. *Conuenientiſſima eſt in alui vterique fluore, adeoque in dyſſenteria, diarrhæa,&c.*

*Doſis, cochl.* 1. *vel* 2.

22. *Aqua Diuretica S.Cloſſ.*

♃ Vini alb. in quo rad. v. diureticæ & eryng. prius lotæ & contuſæ, fuerint maceratæ ℔ii.
therebinth. &
mellis opt. an. ℥iii.
ſucci raphan.& malu an. quart. 1. M. & infundantur omnia ſimul per ♉ 4. adde lumbricorum terræ nodulo incluſorum & filo ſuſpenſorum ℥v. deinde deſtillentur in MB.

♃ aquæ huius deſtillat. ℥ij.
Spiritus ⊖ ſuccinat. id eſt per octiduum cum ſale volatili ſuccin. proportione ſubtriplâ digeſti ℈ß.

*M.F. doſis. Vrinam & calculum potenter promouet. Ex communicatione S.Cloſſæi.*

23. ▽ *Febrifuga.*

℞. Rad. Scorzoner.
Pentaphyll.
Tormentill.
Dictamn.ana. ʒvi.
Sem.Citr.excort,
Card.bened.
Mariæ.
*Acetoſ.* ana. ℥ß.
*Santalor.omn.ana.*ʒj.
Galeg.Mj.
Fl.cordial.ana.Mß.
Raſ.c.c.℥ß.

Contuſis affundantur.

▽.Tormentil.
Cicor.
Card. bened.
Mariæ.
Pap. errat.a.q.ſ.
Macerentur in vitro clauſo ☌ (3.) poſtea adde.
Pomor.citri contuſ.N.vi.
Succ. Endiu.
Acetoſ.
Card. bened.
Plantag. an.lib.i.
Borrag.
Scord.an.lib.ſ.
Deſtillentur in MB.

Vires. *Conuenit in febribus præcipuè malignis: malignitatem quippe diſcutit,*

*putredini reſiſtit.*

*Doſis ℥j. vel ℥ij. iij.*

24. *Aqua ad gutturis affectus (Halſz ∇.)*

♃ Fol pyri ſylueſtr.
apij.
ſanic.
periclym.
ſcord.
quinque fol.
ariſtol.rot.an.Mij.
herb.perfoliat.totius Miiij.
cereuiſ. aceſcentis ( *Savverbier* ) menſ. iiij.
fermententur ſimul per 3. hebdom. tum adde.
albi græci ℥iij. deſtilla per veſicam.

*Dentur cochl.iij. bibenda in ardoribus gutturis Vuulaque inflammatione, deinde os frequenter eadem colluat, & limtea hac aq.perfuſa collo obuoluat.*

25. *Aqua Antihectica.*

℞. Herb. hyſſop.
Hed. terr.
Rorell.
Centaur. min.
Adianth.
Scabioſ.
Cichor.
Pimpinell.
Quinquefol.
Acetoſ.
Epatic.
Pulmonar.
Fl. Borrag.
Bugloſſ.
Papau.rhæad.
Roſar.an.p.ij.
Sem. 4.frig.mai.an.ʒij.
Rad. Cichor.
Enul.a.ʒ.ß.
Pimpinell.ʒj.
Cancr.fluuiatil.contuſ. No.xxv.

M. & cum lacte caprino infunde ac deſtilla ex MB.

Vires: *Hectica laborantibus mire prodeſt, acrimoniam ſanguinis obtundendo adeoque nutritionem emendando.*

*Doſis,Cochl. 3. aut 4.aſſumpta mane ac poſt meridiem totidem.*

26. *Alia aqua antihectica,*

℞. Herb.Pimpinell.
Epatic. ſtell.
Millefol.
Agrimon.
Veronic.
Naſturt.aq.a.M.i.
Sem.4.frig.maj. an. ʒß.
Flor.Borrag.
Bugloſſ.
Cichor.
Roſar.an.p.1.
Rad. Cichor.
Enul.
Pimpinell.a.ʒvi.
Cancr.fluuiatil. No.xiii.
Limac.No.xvi.
Sanguin.de vitulo nigr. ℔i.
Pulmonis vitulin.℔ß.
Aq.Epatic.℔i
Lact.captin.q.ſ.
F. Infuſio & deſtillatio ex VP.

Vires *ac vſus conueniunt cum priori.*

27. ∇ *Hiſterica Crollij.*

℞. Rad.Diptamn.
Sem.Dauci.ana.ʒj.
Cinamom.ac.
Caſſ. lign.
Meliſſ.ana.℈ij.
Croc. or ℈j.
Caſtor.rec.℈iß.

Ex omnibus mixtis F. puluis, cui affundantur ∇. Rutæ lib.ii. ß. ſtent dies (4.)in infuſione.Hinc deſtilla in MB.

Conue

Conuenit vtero prauis humoribus moleſtato. Diſcutit, ſuffocationi ſuccurrit.

28. *Aqua hyſterica Matthæi Martini.*

℞. Fol. Meliſſ. odor. M.vi.
Betonic.
Pulег.an.Miß.
Calaminth.
Arthemiſ.
Baſilic.
Chamædr.
Hyſſop.a.M.ſ.
Matricar.P.1.
Rad.Pœon.
Eryng.
Meu.
Angelic.dom.
Syluestr. ℥ß.
Sem. Caru.
Siler.mont.
Coriandr.app.an. ℥ij.
Galang.
Zedoar an. ℈iiij.
Rapontic.℥iiß.

Comminutis affunde Vini generoſi & actu calidi lib. 3. ſtent in infuſione hor. IX. ad cineres calidos. Poſtea vbi parum ebullierint in Vaſe cooperto, deſtillentur in Vaſe vitreo & quæ primo exibit aqua ſeruetur.

Vires. *In affectibus melancholiam redolentibus mirè efficax eſt. Doſis. cochl. ſ.vel. 1.*

*Matthæus Mart. de morb. Meſent.*

29. *Aqua Imperialis correcta.*

℞. Cott.citr. ſicc.& arant.
Nuc. moſch.
Zinzib.
Garyoph.
Cinnam.tenuis a. ℥ii.
Roſ. rubr. ante biduum collectar.℔ß.
Rad. cyper.
Ireos florent.
Anagal.
Acor.veri &
Zedoar. an. ℥i.
bacc.Iuniper.℥ii.
Fol. laur.
Hyſſop.
Meliſſ.
Salu.
Thym.
Sem. ocym &
Maioran. an.℥iß.
Flor.lauend.
Anth.
Calend.
Tunic. &c.
Sambuc.a.℔ii.

Inciſa & contuſa obuoluantur ſtrato roſarum infundanturque per octiduũ in æquis partibus aq. roſ. & vini generoſi ad ſupereminentiam trium digitorum in cucurb. vitreâ ſuper cineres calid. deinde deſtillentur △ lentiſſimo per ♁ X. integros continuato, apponendo roſtro. ♃

Moſch. opt. in nodulo ligat. ℈j. vel q.v.

*Vires. Medetur Cephalalgiæ, melancholiæ, paralyſi, imbecillitati ventriculi, corrigit animam fœtentem, fœminas fœcundas reddit, partum accelerat, morbus Epidemicis aduerſatur, quod etiam facit (ſed potentius) acetum magmati reſiduo ſuperfuſum eiuſque tincturâ impregnatum.*

30. *Aqua Lauandulæ compoſita.*

℞. Nuciſt.
Cubebar.
Zingib.
Cinnamom.opt.
Galang.

Calam.ar.
Macis.
Caryophyll.
Viſc.quern an.ʒiſ.
Rad.Pœon.
Eruc.à ℥iß.
Flor. Til.
Pœon.
Anthos.
Salu.ana.Mß.
Lauandul.
Lil.conuall.ana.M.xxiv.

Vini optimi q.ſ. F. infuſio & deſtillatio in MB.

Vires. *Calfacit, exiccat, cephalica eſt & arthritica, intrinſecus & extrinſecus adhiberi apta.*

31. *Aqua Magnanimitatis.*

℞. Formic.(præſtant maiores acidulum odorem exhibentes) Mii.

Spirit. Vini Menſur. 1. vel q.ſ.

Digere vaſe clauſo donec putrefactione in liquorem abierint. Hinc deſtilla per MB. aromatizaque tantillo cinamomi.

Vires. *Calfacit intensè, incidit. Vſus eius præcipuus eſt in atrophia ſiue intrinſecus, ſiue extrinſecus adhibere velis.*

N.1. *Si ſpecies anacard. infuderis, inſigne conficies extractum, ad memoriam roborandam.*

N.2. *Sunt qui animoſitatem eius potu excitari volunt vnde & nomen accepit; fides ſit penes expertum. De collectione ſunt qui monent, præferendas eſſe formicas, quæ plenilunio cũ ouis ſimul colliguntur, baſque ad plenilunium vſque ſubſequens digerere iubent.*

N.3. *Nonnulli ℞. lib. ii. aquæ magnanimitatis deſcriptæ addunt.*

Confect. Anacard. ℥ii.
Caſtor. recent. ʒi.
Fl. Bugloſſ.
Anthos. ana. M.j.
Cinamom. opt. ℥.

Digeruntque per aliquot dies, hinc deſtillant.

*Alia aquæ magnanimitat. deſcriptio.*

℞. Formicar. maior. (Majo vel Iunio collect.) q.v.

Spir. Vini rectificat. ad eminent digit. 3.

Digeſtis adde
Fl. Anthos.
Roſ. rubr.
Bugloſſ.
Meliſſ.
Maioran. ana. Mi.
Caſtorei el. ℥ij.
Spec. Diamoſch. dulc. ʒß.
Confect. Anacard. ℥j.
Aqu. Bugloſſ.
Betonic.
Tiliæ ana. lib. 1.

Tritis terendis miſce ac menſem digerantur, deinde deſtillentur in MB. & cum proprio ſale rectificentur.

Vires. *Cordialis eſt & cephalica pro priori magnarumque virium ad memoriam roborandam.*

32. ▽ *Nephritica.*

℞. Rad. Enul. Camp.
Ononid.
Pimpinell.
Raphan. ana. ℥j.
Petroſel.
Leuiſtic. an. ʒvii.
Fol. Leuiſtic.
Petroſel. an. Mj.
Saxifr.c. toto ℥ij.
Nucl. perſic. No. xxx.
Fl. Geniſt.
Meliſſ.
Anthos ana M ß.
Sambuc. Mi.
Bacc. Iunip.

Myrtill.

Myrtill.
Halicacab.
Sem.aniſ.℥ij.

Incidantur & infundantur in Vini alb.opt lib.x11. per ♂ (8) dein deſtillentur.

Vires. *Diuretica ac lithontriptica eſt. Doſis cochl.*

33. ▽ *Philoſophorum.*

℞. *Flor.*Sambuc.rec.lib.ij.
Nymph.lib.iß.
Herb.Lactuc.
Hortulac.
Solan.'c. toto ana lib. 1.
Hyoſcyami alb. lib.ſ.
Fl.Papau.erat.
domeſtic. ana lib.ß.
Roſar.
Violar. ana ℥IV.
Succ. Semper viv.lib.iij.
Plantag.
*Acetoſ. ana.* ℔ ij.
*Endiv.* lib. 1

Omnia recentia contuſa & inciſa ſtent in infuſione in cella frigida δ (10.)poſtea deſtilla in MB. vel cinere ad ſiccitatem ſexies reiterando ſemperque deſtillatum affundendo ſuper nouas herbas,omiſſis,ſuccis,tandemque rectifica, rectificato adde ſal ex fecibus extractum,depuratumque ſepeli in terram frigidiſſimam per menſem.

Vires. *Omnibus morbis calidis conuenit, &c.*

34. ▽ *Pectoralis Clariſs. D.D.Lud. von Hornigk.*

℞. Hepat. Vitul. N. 1.
Pulmon. Vulp. N. 1.
Herb. Pulmonar.
Hepat. ſtellat.
Saluiæ.
Rutæ.
Hyſſop. ana Mj.
Rad. Enul
Gladiol, à ℥ß.
Sem. Aniſ.
Caru.
Fœnic. à ℥ß.
Fl. Borrag
Bugloſſ.ana ℥ij

Infundantur per hor. 24.in
Vin. veteris gener.M.ij.
Aqu. Scabioſ.
Card. bened. à ℥IV.
Hyſſop.℥ij.

Dein deſtilla in MB.

Vires. *Confortat Pulmones ac Epar, craſſam mucilaginem attenuat, expectorat,flatus diſcutit, obſtructiones reſerat, &c.*

35.▽. *Pectoralis, F. F.*

℞. Fol.Scabioſ.
Veronic.ana M.ij.
Capill. ♀.
Salv.
Hyſſop.
Marrub.
Epatic.ana Mj.
Fl.Borrag.
Bugloſſ.
Violar à M ſ.
Rad.Enul.
Ireos fl.
Petroſel.
Liquirit a. ℥ß
Sem.Aniſ.
Fœnic.
Vrtic.
Cinamom.el.
Croc.or.an.℥ſ.

Inciſ.& contuſa digeratur in
Aq.Scabioſ.
Veronic.ana lib.1.
Hyſſop.lib.ß.
Vini alb.lib.iii.

Digetantur

Digerantur per ♉ (2.) deſtill. per MB.
adde Sacchari cand.q.ſ.

Vires. *Eaſdem cum priori obtinet.*

36. ▽. *Picarum compoſita.*

℞. Sem. Pœon.
Rad.Pœon.
Pyrethri.ana.ʒi.
Ariſtoloch.l.ʒiii.
Viſc.quern. ℥ß.
Caſtorei.ʒi.
Fl.Stœchad.ar. ʒi.
Lil.conuall.℈iß.
Paralyſ.
Pœon.ana.ʒvi.
Lauendul.
Roriſmar.ana.ʒv.
Salu.
Maioran.
Betonic.
Hyſſop.ana ℥ß.
Cinamom.
Caryophyllor.
Cardamom.
Nuciſt.
Cubebar.ana ʒiß.

Singulis groſſo modo contuſis & inciſis infundantur
in Aq.Lil.conuall.lib.iii.
Flor. Tiliæ lib. iß.
Primul. Veris.lib.1.

Deinde adde pullos picarũ.N.xii.qui pennis maiuſculis abiectis conquaſſentur & addantur infuſioni prædictæ, poſt macerationem F. Deſtillatio in MB.

N. *Sunt qui picas in* ▽. *liliorum lib. iß. ad conſumptionem medietatis antea coquunt, infuſionique poſtmodum addunt. Verum quia coctione illa volatilis pars prorſus euaneſcit, quid poſtmodum eleuetur non video.*

Vires. *Cephalica & antepileptica inſignis eſt. Deſis cochl.1.vel 2.*

37. ▽ *Saluiæ compoſita, F.F.*

℞. Salu.
Maioran.
Thym.
Lauendul.
Epithym.
Bet n.ana Mj.
Cinam.ana ℥ß.
Rad. irid.
Cyper.rot.
Calam.ar. ana ℥j.
Storac.cal.
Benz.ana ʒiß.

Infunde in lib.iv. Spir. Vini rec. ♉ (4) dein deſtill.per MB.

Vires. *Cumfacit & ſiccat. Cephalica & arthritica eſt penetratiſſima vſui conueniens, tam internè, quàm externè.*

38. *Aqua antiſcorbutica P.de Spina.*

℞.Rad.raphan.ſylu.℔ß.
Scorzoner.
Cichor.ana ℥iij.
Polypod.q.℥ij.
Enul.ʒ.vi.
Cort. tamariſc.
Cappar. ana ʒiß.
Citri ℥ß.
Raſ.lign.rhod.
Saſſafr. ana ʒvi.
Herb. menth.
Meliſſ.
Chamædr.
Veronic.ana Mi.
Sem.Fœnicul.
Aniſ.
Naſturt.ana ℥ß.
Flor.Cordial. ana ʒij.
Troch.de Cappar.ʒvi
Croc. ℈j.

Digerantur per ♉. 3. in
Vini alb. gener.lib.iij.
Seri lactis caprin.depurat.lib.ij.

Aq. Cuſcut.
Acetoſell.
Cardui bened.ana ℥v.
Poſtea adde
Succi cochlear.
Becabung.
Acetoſell.
Fumar.ana ℥ix.
Deſtillentur ex MB.

39. *Aqua Antiſpaſmica S. Cloſſæi.*

℞ ⊕ Vngar. ℥iv.
Succin. flau. per triduum in ✕ infuſi ℥i.
Vini maluat.℔iß.
F. digeſtio vaſe clauſo per octiduum in B. M. mox deſtillatio in ciner. ferè ad ſiccitatem vitando Empyreuma.
℞ huius liquoris deſtill. ℥ix.
Aq. ſtill. poſt fermentationem ceraſ. nigror.
*Lilij conuall.*
Flor.tiliæ arbor.&
Pœon.ana ℥iii.
Rad.vtriuſque valerian.℥ß.
Sem. pœon.
Bacc.Iuniper.rec.matur.ana ʒiii.
Pullorum hirund.exenterat.n.3.
Corui &
Picarum detractis plumis exenter.ana n.1.
Caſtor.opt.ʒß.
Caphur. gr. xv. *F. omnium* deſtillatio in MB. bulliente
♃ de liquore ſtillato quart.1.
Aq. Claretæ cum ambrâ & moſcho ℥iß M.
*Sumat cochl.1.aut 2.incipiente parox. abſque morâ.*

40. *Aqua Splenetica, F.F.*

℞. Rad.Filic.℥ii.
Polypod.
Apij ana ℥iß.
Ariſtol.rot.
Leuiſtic.
Acor.aq.(pſeudoac.
Cal.arom.ana.℥j.
Cort.Cappar.
Tamariſc.
Lign.fraxini.
Rhabarb.elect.ana ℥ß.
Sem.Leuiſtic.
Caru.
Aniſ.
Cymin.ana ʒii.
Sum.Abſynth.
Fumar.
Cuſcut.
Fl.Agrimon.
Fol.Ceterach.
Scolopendr.à Miſ.
vini generoſ.lib. viii. ſtent in digeſtione (♂ 2) Hinc deſtillentur per MB.
Vires. *Lienem roborat, aperit, vrinam promouet, &c.*

41. ▽ *Contra Terrorem. Schreckvvaſſer.*

℞.Flor.Lil. connall.Miiſ.(vel plur.
Superfunde Vini albi generoſ. Menſur.3 ſtent ſimul in loco frigido, ♂ (14) poſtea deſtilla per MB.
Deſtillato iterum adde
Cinamom. ℥iſ.
Cubebar.℥ß.
Caryophyll. ʒiij.
Macis.
Galang.
Zinz.
Zedoar.
Croc.or.ana ʒii.
M. Stent bene obturata aliquandiu. Hinc adde
Flor.Lauendul.recent.Mj.
Spic. noſtrat. Mſ.
Stent iterum aliquot dies.

Hinc deſtilla in MB. Ex fecibus extrahe ⊖ deſtillatoque adde.

N. *Sunt qui deſtillatum ante Salis admixtionem ſuper ocul. 69. præparat. ℥. deſtillant. Verùm vt ſuprà monui, rectius deſtillato admiſcentur.*

Vires. *Conuenit grauidis terrorem paſſis, præcauet abortum, fœtumque confortat.*

42. ▽. *Theriacalis ſ. contra Peſtem.*

℞. Succi Galeg.
Acetoſ.
Scord.
Citri. ana lib. I.
Theriac. opt. ℥ij.

Miſta digerantur aliquandiu, poſtea deſtillentur. *Doſis cochl. 1. ad ij. &c.*

43. ▽. *Theriacalis Croll. ſ. Spiritus Theriacalis camphoratus.*

℞. Theriac. Andromach. ℥v.
Myrrh. rubr. ℥iiſ.
Croc. orient. ℥ß.
Camphor. ʒij.

Mixtis ſuperfunde 🜅 rectificatiſſ. ℥x. ſtent in loco tepido, cucurbitâ, impoſito alembico, benè clausâ, ♂ (24) Hinc deſtilla in MB. à lentiſſimo calore gradatim aſcẽdendo. Sic Spiritus prodit elegans, quem reaffunde materiæ in cucurbita, digere, atque denuo deſtilla, idque vice tertiâ.

N. *Sunt qui Camphoram in 🜅 ponunt, alij contra Camphoram omittunt, Spiritumque Theriacalem ſimplicem vocant.*

Vires. *Egregius eius vſus eſt in Peſte, ciet ſudorem; reſiſtitque veneno, Sennert. in Inſtitut. Hartmannus in Croll. Finck. in Enchirid. &c. Doſis* ʒI.

44. ▽. *De Tribus. Mixtura de tribus. Mixtura ſimplex. Diaphoreticum in peracutis.*

℞. Spirit. ♀i rectif. ʒiii.
⊕i. ʒi.
Aq. Therical. Camphorat. ℥v. M.

Vires. *Ciet ſudorem, reſiſtit putredini, magnarumque virium cenſetur in febribus malignis.*

*Doſis* ℥. *plus minus.*

45. ▽. *Triſtantis.*

℞. Nuc. Moſch. lib. I.
Macer.
Zinzib.
Granor. paradiſ.
Caryophyll. ana ℥iß.
Rhabarb opt. ℥j.
Caſtor.
Spicæ nard. à ℥ß.
Ol. laurini. ʒij.

M. & fac vt aromata maneant integra, infunde Vini optimi lib. XIV. maceraque in vitro clauſo ſeptiman. 4. Dein cola, ſpecieſque omnes contunde ad pulmenti formam, addanturque poſtea liquori colato, iterum ſtent per ♂. 3. ſæpius agitando. Denique deſtilla in MB.

Vires. *Cephalica & vterina eſt, craſſos flatus diſcutit.*

46. ▽. *Vita Mulierum, VVeiber. Aqua Vit.*

℞. Cinamom. acerr.
Nuciſt.
Macis.
Zinzib.
Garyophyllor.
Gran. paradiſ.
Cubebar.
Cardomom. à ʒij. (alij ʒiß.
Piper long. ʒj. (alij rectius ʒß.
Galang. ʒi. (alij rectius ʒj.
Zedoar. ʒi. (alii omittunt.

Puluериſentur ſingula ſeorſim permiſceanturque. Hinc adde

Fol. Salv. min.
Menth. criſp.
Fœnic. ana Mj. (alij Meliſſæ & melius.

Affunde Vini generoſi Menſ. iii. maceraque vaſe clauſo ♂ (14) poſtea deſtilla in MB, vel veſica ſtanno oblita.

Vires. *Vterum corroborat, ſuffocationes eius compeſcit, flatus diſcutit, idque adeo feliciter, vt generoſis ac nobilibus mulieribus Palatinatus, inſtar Panaceæ in morbis vterinis habeatur. Corroborat inſuper ac calfacit ventriculum, ac reliqua viſcera. Exiccat catarrhos.*

*Doſis à cochl. ß. ad 1. &c.*

*Medull. deſtillatoria, D. D. VVeickard. in Theſ. Pharmac.*

47. *Aqua vitæ mulierum camphorata S. Spiritus matricalis comphoratus.*

℞. 1. Dictas ſpecies priores affunde ∀ digerantur & deſtillentur.

3. ℞. Camphor.
Ol. amygdal. d. ana ℔ 1.

M. optimè, digeranturque in MB. vel Cinerib. ♂ ℘ (14) vt camphora Totaliter cum oleo coniungatur.

Hinc ſuperfunde præfatum ſpiritum, rurſumque per ♂ ℘ aliquot digere. Sic Spiritus extrahit Eſſentiam camphoræ.

Tandem leni calore MB deſtilla vſque ad ſublimationem Camphoræ.

N. *In roſtro poni poſſunt grana Kermes, quæ ruborem deſtillato conciliant.*

*Doſis gut. XX. ad XXX.*

48. ∇. *Virtutum.*

℞. Cinamom. el.
Gran. Paradiſi ana ℥j.
Nuciſt.
Caryophyll.
Zinzib. ana ℥ß.
Macis.
Galang. à ʒij.
Salu. ℥vi.
Vini Rhenani lib. vi.

Inciſa & contuſa infundantur per 24. F. deſtillatio.

Vires *eaſdem obtinet cum præcedenti.*

49. *Aqua vomitiua Plateri.*

℞. Nuc. iugland. virid.
Rad. raphan. ana part. ij.
Acet. Vini part. iij.

Conquaſſatis nucibus & raphano, F. digeſtio leni calore, dies (5. vel 6.) poſtea deſtilla ex MB.

*Doſis ab ℥ſ. ad ℥iij.*

N. *Nonnulli fortiorem reddunt addendo nonnihil aquæ benedictæ.*

50. *Aquæ Saturnina ſiue Æſculapij vomitoria.*

Deſtilla + fortiſſimum per ⅩⅩ plumbeum magnum abiiciendo quartam partem aceti primò extillantis tanquam nimis debile, reliquum excipe ad ſiccitatem ferè totalem, cauendo tamen ne ab aceti mellagine tetrum acquirat odorem.

*Dulce eſt guſtui, datur ad ℥j, ij & vltra in febribus intermitt. pro Vomitorio & contra Epilepſiam phlegmaticam à Ventriculo ſuſcitatam.*

## CAP. XXXIX.

*De Aquis reliquis.*

PRæter aquas deſtillatas ſunt & aliæ officinales, ex deſtillatiis ſc.ſimpliciue fontana, &c.accedente rerum aliarum incoctione, infuſione, admixtione, reſultantes.

Modus parandi nihil diſcrepat à modo decoctionis, infuſioniſue, aliàs tradito.

*Vſitatiores formulæ ſunt.*

△.*Ophthlmica, F.F.* 1.
*Ophthalm, Bruni.* 2.
*Ophth. Quercet.* 3.
*Aqua ad ſuffuſionem expertiſſima.* 4.
*Saphirea.* 5.
*Viridis.Collyr. Virid.* 6.
*Perlarum.* 7.
*Lac virginis.* 8.
*Cauſtica.* 9.
*Antipodagrica Quercetani.* 10.
*Antipodagrica I.Raici.* 11.

1. ▽. *Ophthalmica, F.F.*

℞ 🜿 alb: ʒij.
Baccar.Laur.excort. ℥ij.
Aq.roſar.alb.
fœnic. ana ℔j.

Bulliant l. △ in cucurbita vitrea ad conſumptionem medietatis, hinc adde Camphoræ ʒiij.M.Filtra per chartam.

2. ▽. *Ophthalm. Bruni. Collyrium Bruni.*

℞. Vini albi.
Aq.Roſar.alb.ana ℥iß.
Aloës Hepatic. ſubtiliter pulv. ʒj.F. Collyrium.

Vires. *Commendatur ad palpebrarum ſcabiem prurigioſam.*

3. ▽. *Ophthalmica Quercetani.*

℞. Croc.metall.ʒj vel ʒij.
Infunde in ▽ Euphrag. fœnic. aut ſimil. ℥v. vel vi.

Vires *Virtutis mira eſt contra ambliopiam, amaurosim & ſuffuſionem.*

4. *Aqua ad ſuffuſionem expertiſſima.*

℞. Aquar. euphraſ.
Fœnic.
Verpen.ana ℥iij
Succorum chelid. maior.
Rut.ana ℥ij.
Piper. long.
Nuc.moſch.
Garyoph. ana ʒij.
Groci ℈j.
Elorum roriſm. aliquantulum contrit. Mß.
Sarcocoll.
Aloës hepat.ana ʒij.
Fellis perdicum ℥j.
Inciſis tritisq; ſingulis adde
Sacch; albiſſ. ℥ii.
Mell.roſar.ʒvi.

Ponantur in 🝫 vitreo. deſtillentur in MB △ lento

℞ huius aquæ ℥j.
Spiritus ♀ rectificat. ʒj.

*De hac aqua inſtilletur in oculum laborantem bis aut ter in die*

5. △.*Saphirea ad oculos.*

℞. Lixiuii ♆ cum ▽ fontana facti, & filtrati.q.v.
In hoc ſolue ✳ parum.
Id vbi exacte ſolutum fuerit, aquam hanc in æneam peluim coniice

per

per noctem & Saphiri acquiret colorem, &c. eſtque diaphana in vitro ſepoſita.

Vires. *Ad omnia ferè oculorum vitia, imò ad vlcera quæuis mundanda vtiliſſima; cancrum, ambuſtionem, aliaque multa vitia, ſanare perhibetur. Oculis aliquot guttæ tantùm imponuntur, prout ſcil. multum parumue ſalis æriſue continuerit. Efficax item eſt ad pelles oculorum auferendas. Poteſt dilui* ▽ *ſtill. fœniculi Euphrag. &c.*

N. *Eſt vſitatiſſima Agyrtis.*

6. ▽ *Viridis. Collyrium viride.*

℞. Ærug. æris ʒii.
Auripigment. citrini. ʒj.
Aq. roſ. alb.
Plantag.
Vini alb. ana ℥iii.
M. Bulliant ſimul, maneatque liquor ſuper materiam.

Vires. *Vtile eſt in Pterygio, ſi oculo inſtillatur.*

*Huc pertinent Aquæ Cordiales, Kraffitvvaſſer, quæ ſi lac colore æmulentur, lac, emulſione dicuntur, fiuntque ex* ▽ *ſtillatitiis, pulueribus, aliiſque cordialibus.*

7. *Aqua perlarum, in Officina vſualis.*

℞. Aqu. Roſar.
Borrag.
Bugloſſ. ana. ℥ıv.
Manus Chriſti perlat. ℥j.
Sacchar. cand. ℥ß. M.

*Alia.*

℞. Aqu. acetoſ.
Borrag.
Bugloſſ.
Roſar. ana ℥ıv.
Manus Chriſti perlat. ℥iij.
Margarit. præparat. ʒß.
Syrup. Granat. ℥j. M.

Vires. *Vulgo notiſſimæ ſunt, vtpote ad quas in extremis, tanquam ad vltimum leuamen confugitur, cochl. ſubinde propinando.*

*Huius quoque loci ſunt & alij liquores Aquei, vt*

8. *Lac Virginis.*

℞. Aqu. ſolan.
nymph.
lactuc.
Acet. ℥ij.
Diſſoluantur in his
Lithargyr argent. ℥j.
Ceruſ. candid. ʒiij.
Camphor. ℈j.

Stent aliquot horis dum reſederint, quæ craſſa ſunt, tum tranſcolentur per filtrum aut cribrum ſetaceum.

*Vſus magnus lactis huius eſt, non ſolum in decorandis Virginibus, acquirendoque nitore faciei, ſed & in ſcabie, emendanda ſanguineque ſiſtendo: tum ad paſſam frontem, i. e. paſſarum more rugatam explanandam, exporrigendamque.*

N. *Aliud vide apud Auguſt.*

9. *Aqua cauſtica, F. F.*

℞. Spirit. Vini rectific. ℥iij.
Pulu. Caryophyll. ʒj.
Zinzib.
Cinamom.
Pulu. Ceruſſ. ʒiß.
Alum. vſt. ʒß.
☿ti ʒiß.
Miſceantur optime & ſeruentur in vaſe optime clauſo.

Vires. *Mundificat vulnera inueterata, excreſcentias exedit.*

*Alia.*

℞. ☿. ceruſ. ana ℥ß.
Alum. vſt. ⊕i alb. a. ʒij.
Aq. roſar.
Fontanæ ʒıv. M.

10. *Aqua antipodagrica Quercetani.*

℞. Aq. fontan. (potius pluuial.) in qua aliquoties extincta ♀ & ♂.

Adde vitrum ♁ ii ac ☿. dulc.

Vires. *Reſoluit tartarum, dolores ſopit. Vid. Querc. Rediu. tomo 3. p. 263.*

11. *Aqua antipodagrica Ioh. Raici.*

℞. Aq. terimachrim vtriuſque (i.e. aq. leuiſtic. à bolo & ▽ ſigill. deſtillatæ) ℔. i.

Laudan. ☿ial. (i.e. ☿ ♎ti potius ☿ dulcis acet. fortiſſimi. an. macerati) ℥ iij.

Alhadid. (i.e. ▽. ferri) ℔ ii.

Calcinationis lapidis de Alcohol. (i.e. Croci metallorum) ℥j.

M. *Loſſel. in Podagra.*

N. 1. *Aqua adhadid fit limaturam in aqua macerando, poſtmodumque vt nonnulli volunt per veſicam abſtrahendo. Verum enimvero melius foret, vt ex ipſiuſmet Raici ore in memoriam mihi reuoco. Limaturam aëri humido exponere atque inſtante plenilunio ex cucurbita humili ſeu Vrinali aquam deſtillare, iterumque aëri reponere, ac deſtillare. Quæ aqua redolet naturam ſalis ✳ atque in quantitate minori adhiberi poteſt.*

N. 2. *Aqua podagr. Rulandi forſan ab his non multam eſt diuerſa.*

## CAP. XL.

### *De Balſamis Odoriferis.*

BAlſami ſignificationes varias dedimus libr. 1. Earum tres ſunt, quæ peculiarem ſibi in Officina vendicant locum. Balſami ſcil. odoriferi, Balſami deſtillati, & Balſami vnguentarij, de prioribus hic loci agere conuenit, de poſterioribus infra.

Balſami odoriferi ſunt medicamenta, cum vnguentis craſſitie certantia, imo plerunque duriora; parata vt olea odorifera corpore craſſiori retineantur, quominus, exhalent.

Corpora, quib. olea illa incorporantur, ſunt 1. Cera alba depurata, 2. Oleum nucis muſchatæ expreſſum, tùm per ſe, id eſt, non depuratum, tùm depuratum. 3. Medulla vituli lota. 4. Manna depurata.

N. *Quercetani Cæleſtem Mannam, quam in Pharmacop. Reſt. cap. 26. maximopere deprædicat, alij Saccharum depuratum interpretantur, alij aliter. Verum enimvero nihil aliud à Quercetano intelligi, quam ceram depuratam, ex ſcriptis eius parallelis liquet. Nimirum in tetrade, acetum Philoſophicum ex acido liquore Mannæ Cæleſtis parare docet, id, quod de melle intelligi, ceræ ſcil. germano fratre, demonſtratur in enodatione menſtruorum, cap. 57. infra.*

Depuratio ceræ & olei Nuciſtæ fit per ▽, inprimis ♀riſatum, eius beneficio color & odor ſ.a. extrahitur, relicto corpore albo, huius loci idoneo.

N. *Alij* ℞. *Ceræ alb. p. vj. Ol. amygdal. d. recent, p. 1. , ad eminentiam digiti vnius; digrrunt dies (3.) hinc abſtracta humiditate in* MB. *Corpus reliquum balſamus conficiendis adhibent.*

Modus vulgaris. ℞. Corpus requiſitum, admiſce olei q. ſ. vt f. inſtar linimenti, quod tingunt colore debito.

Modus præſtantior. ℞. Corpus (Ol. Nuciſt. depurat.) adde extractum rei, cuius

cuius Balſamus expetitur, hinc admiſce quoque oleum.

N. *Propotio inter extractum & oleum eſt fere tripla, Olei ſcil. Extracti.*

*Balſama vſitatiora ſunt,*

Balſam. Angelicæ.
Anili.
Apoplecticum.
*vide infrà* 1. 2.
Arantiorum.
Bezoarticus peſtilent. *vid.* 3.
Caryophyllorum
Cinnamomi
Citri
Cubebarum
Lauendulæ
Maceris
Maioranæ
Menthæ
Nucis moſchatæ
Roriſmarini
Roſarum
Rutæ
Succini
Zedoariæ.

De his vide ſuis locis, lib. 4.

1. *Balſamum apoplecticum Crollij ſecundum F. F.*

℞. Ol. Nuciſt. expr. ℥ij.
Ambr. nigr. ʒiiß.
griſ. ʒij.
Moſch. opt. ʒiſ.
Zibeth. ʒiiſ.
Ol. Cinnam. ℈ſ.
Maioran.
Lauend. ana ʒſ.
Caryophyll. gr. vi.
Succin. ℈ß.

Cum balſamo Indico, q. ſ. F. Balſamum.

2. *Aliter.*

℞. Confect. anacard. ʒij.
Ol. ſuccin.
Lauendul. ana gran. iij. vel plures
Zibeth. ℈ij.
M. F. Balſam.

Vires. *Confortat caput, frigidoſque humores diſcutit, adeoque in Apoplexia, Syncope, Paralyſi, & ſimilibus affectibus conuenit, naribus inditus, vel quoquo modo applicatus.*

N. *Mulieribus ob ſuauitatem minus commode adhibetur.*

3. *Balſamus Bezoarticus peſtilentialis.*

℞. Ol. Rut. ſt.
Citr.
Angelic. ana ℈ß.
Succin. rectif. g. v.
Camphor. ℥iij.
Ol. nuc. moſchat. expr. ʒß. M.

N. *Oleum nuc. moſchata lauetur aqq. Rutæ, Angelic. Citri, donec fiat album.*

---

## CAP. XLI.

### *De Balſamis deſtillatis.*

Balſami deſtillati nihil ſunt aliud quàm deſtillati Spiritus, cum Olej portione ex reſinis, gummatis, aromatibus & ſimilibus interueniente Vini Spiritu prolecti.

N. *Habes plurima balſama deſtillata in*

*in Antidot. Renodæi p. 296. Item alia præſtantiſſima Olea Balſamica in Pharmac. Spagyr. Poterii p. 141. & ſequentib.*

Blſamus ſimpliciſſimus eſt ſpiritus albus thereb. in corpus viſcidum rediens dum veteraſcit, ex plumaceolis admotus, vel ol. garyophill. inſpiſſatum (℈ß) cum gr. iv. ſalis ♄ni itidem vulneri inſtillatum. Magis compoſitus ſic fiat

℞ ♧ flaui ℔i. reſoluatur in tantundem ol. oliu. tamdiu bulliendo ſpatulaque ligneâ agitando, donec ſanguinis colore tingatur, tum remoue ab △ & adde cer. alb. ℥ij. & cum refrigerari incipit adiice pedetentim, tincturæ rad. ariſtol. rot. ℔ß.

tincturæ ♂ (vt eſt cap. de ♂) ℥j.
Olei myrrh ʒß.

Agitentur extra ▽ ad conſiſt. Vnguenti rubentiſſimi quod per litum vulnera tam ſimplicia quàm compoſ. perſanat.

Tinctura ariſtol. rot. ℞ rad. ariſtol. rot. in pulu. redact. ℥ij.
Terræ foliat. ☽ (vt eſt cap. de ☾) ʒj.
🜄 ℔i. Digere ſuper cineres calidos, filtra & ſerua.

*Vſitatiores ſunt.*

Balſamus vitæ, *vide infra.* 1. & 2.
neruinus, 3.
anti-arthriticus, 4.
antiparalyticus S. Cloſſ. 5.
mneme-cephalicus, 6.
Petri de Ebano, v. in diſpenſat. Auguſt. Oleum Balſami.

Huc pertinet & Liquor ſeu Balſamus Saponis, *v. infra* 7. 8.

1. *Balſamus vitæ.*

℞. Myrrh. el.
Aloës epat.
Oliban.
Balſam. indic.
Bdell.
Ammoniac,
Sarcocoll.
Maſtich.
Gum. arabic.
Storac.
Ladan.
Baccar. laur.
Axung. Caſtor. à ʒ vi.
Croc. ʒiſ.
Nuciſt.
Cinamom.
Caryophyll.
Gum. animæ.
Zedoar.
Galang.
Spic. roman.
Cardomom.
Cubebar. a. ʒij.

Puluerisata & mixta infundantur in 🜄 rectific. ad eminent. digiti 1. digerantúrque aliquandiu. Hinc deſtillentur per Retortam (vitream) in cineribus: △que lentiſſimo lampadis rectificentur.

Dein adde

℞. Ol. Anthos.
Maioran.
Chamomill.
Puleg.
Hyſſop.
Salu.
Rut.
Spic.
Lauendul. à ʒj.
Thimi.
Satureiæ.
Cubebar.
Zedoar.

Nuciſt.

Nuciſt.expr. à ʒß.
Cina ℈ om.
Caryophyllor.
Roſar.
Citri.
Arantior.
Fœnic.
Aniſ.
Carui anaʒij.
*M. F.* Balſamus digerendo aliquandiu.

Vires. *Cordiale eſt inſigne, balſamumque noſtrum mirabiliter recreat, putredinem arcet, ſopitos ſpiritus vitales & animales excitat, cerebrum humidum ac debile confortat, flatus diſcutit, adeoque commendatur in Apoplexia, vterinis affectibus, lypothymia, &c. Quinimo adeo celebre hiſce in oris audit vt inſtar Panacea in omnibus fere morbis magnatibus expetatur; vſus eius tâm externus, quâm internus eſt.*

*Doſis gut.iij.iiij.& plur.*

2. *Aliter.*

℞. Serpilli M.iij.
Santali alb.
Citrin.ana ℥ß.
Fl. ♆ ℥j.
Benzoi ʒij.
Cort. aurant.
Citr.ana ℥ß.
Ambr.ʒij.
Moſch.ʒiß.
C.C.℥vi.

Pulueriſata ind. retort.affuſ. ſpir. vin. rectificat. ℔viii. Diger. per 14. dies, poſtea adde

Opobalſ.
Myrrh.
Aloës epat.
Olibani.
Bbellij.
Ammoniaci.
Sarcocoll.
Styr.ligd.
Maſtich.opt.
Gummi Arabici.
Ladani.
Tacamah.
Galbani ana ℥ß.
*Bacc.lauri.*
*Axung.*caſtorei ana ℥j
Croci ʒiii.
Nuc.M.
Cinam.
Caryoph.
Gummi Anime.
Zedoar.
Galang.
Spic.or.
Card.
Cubeb.

Spir. Terebint. in quo per menſem macerat. ſint ʒiii. troch. de vipera. Hæc mixta cum ſuperioribus digerantur per 8.dies, deſtillentur, Spiritus ſeparetur, oleo vero adde.

Ol.ſtillat.Iunip.
Succini.
Ceræ ana ℥i.
Aniſi.
Fœnic.
Cumini.
Roſmar.
Maioran.
Thymi.
Satureiæ.
Spic.
Cam.rom.
Cubeb.
Zedoar ana ℥ß.
Cin.
Caryoph.
Cort.aur.
Roſar.
Angel.

Puleg.
Salu.
Rut.
Lauend.
Serpill.ana ℥iß.
Camph.ʒj.
Iaſmini.

Adde ℔ v i i. Spir. vini rectific. Spir. ſeparetur ; oleum conſtituit Balſam. vitæ.

*3. Balſamus neruinus.*

℞. Ol.Terebinth. ℔.i.
Lauri ℥ij. Miſce.
Hinc adde Gum.Galban.
Elem. ana ℥v i.
Heder.
Oliban. ana ℥ij.
Maſtich.℥j.
Myrrh.
Aloës epat.
Laudan.
Caſtor.ana ℥ij.

Pulueriſata admiſce oleis, ſtentque ♂ aliquot(3.)Dein

℞. Galang.
Caryophyllor.
Cinamom.ana ℥ß.
Nuciſt.
Zedoar.
Cubebar. ana. ℥ß.
Diptamn. alb.
Conſol. maj. ana ℥iij

Pulueriſata infunde in ℔iß. vel q.ſ. 🜄. Hinc miſce cum prioribus, ac deſtilla per ♒ vel 6 vitream in ∴ primo prodibit Spiritus, dein oleum flauum vltimo nigricans, collige ſimul oleum flauum ac ſpiritum pro balſamo.

Vires. *Calfacit, confortat neruos. Paralyſin & Contracturam ſanat, extrinſecus illitus.*

*4. Balſamus anti-arthriticus.*

℞. Mumiæ.
Maſtich,
Thur.
Myrrh.à ℥ij.
G.ammoniac.
bdellij
opopanac.
Tartari, a na. ℥iß.
Melis
🜔itoma...ana ℔.ij.
Spir.Vini ℔ v i.

Deſtillentur per alembicum in receptaculum amplum, cum quintuplici cohobatione.

*Corroborat articulos, eorumque deſluxiones exiccat, dolores arthriticos lenit.*

N. *Paulo aliter habet VVeickhard. Theſ. Pharmac. libr. 6.*

*5. Balſamus Antiparalyticus S. Cloſſæi.*

℞. blepharum ſiue Taxonem tempore vindemiarum præpinguem, euiſceretur & impleatur ſequentibus

♃ Galban.
Ammon.
Sagap.
Opopanac.ana ℥j.
Laudan.
Benzoin.
Styrac.
Olib.
Myrrh.
Bdell.an.℥ß.
Gumm. Carann.
Tacamah.
Elem.an.℥ij.
Granor.Iunip.
Laur.
Heder. arbor.
Cardamom.maior.an.℥j.
Herb.Chamædr.
Chamæpyth.

Beton.
Salu.
Abſynth.
Maioran.
Origan.
Ormin.
Thym.
Spicænard.
Iuæ arthrit.
Puleg. regal.
Menth.
Hyſſop.an.Mß.
Florum Beton.
Chamæm.
Aneth.
Lauend.
Hyperic.an.Mß.
Sem. Aniſ.
Fœnic.
Dauc.
Carui.
Ameos.
Apij.
Bardan.mai.a.p.i.
Axung.Vrſi.
Vulp.
Anar. ana. ℥ii.
Medull.Crur.vitul.&
Bubuli ana ℥ii.
⊖ communis Mi.

Concidantur, tundantur & ▽ irrorentur, adde.

Tereb. Ven.
Cer.nou.ana quart.i.

Conſuantur fortiter & lento △ in veru aſſentur &, liquor inde ſtillans ſupra carnem reiiciatur, idque tamdiu, donec caro tota torrida ſit, ſubſtillatus liquor vel adeps recondatur, cuius partibus duabus admiſceatur Balſami ♀ Rulandi pars vna.

Vires. *Mira præſtat in morbis frigidis & Iſchiadicis.*

6 *Balſamus mneme-cephalicus.*

℞. Succ.fol.Meliſſ.
Baſilic.
Flor.myric.
Lilior.
Primul.ver.
Roriſmarin.
Lauendul.
Borrag.
Geniſt.ana ℥ij.
Aq.Vit.
Nymph.
Roſar.
Violar.an.℥i.
Cubebar.
Cardamom.
Gran. paradiſ.
Santal. citrin.
Carpobalſam.
Ireos.
Croc. or.
Satureiæ.
Pœoniæ.
Thym. an.ʒß.
Styrac.lig.
Calamit.
Opopanac.
Bdellij.
Galbani.
Gum.heder.
Ladan. an.ʒvi.
Rad.ariſtoloch.lꝭg.
Pœon.
Ol.Therebinth.
Nardin.
Coſtin.
Iuniper.
Laurin.
Maſtichin.
De been.
De ſpica an.ʒv.

Pulueriſanda pulueriſentur & miſceantur



ſceantur

ſcantur omnia. Deſtillentur XX per ſ. gradus ▽. Δ & oleum ſeparetur.

Vires: *tantæ efficieatiæ eſſe ſcribunt, vt perpetuam rerum memoriam pariat.*

*Vſum eius hunc eſſe ferunt, vt primis 2. menſibus nares, & aurium meatus quotidie, magnitudine piſi illinantur; ſequentibus 2. menſibus tertio quoque die, aliis 2. menſibus bis in ſeptimana, deinceps ſingulis ſeptimanis ſemel. Hinc 14. diebus ſemel, vt ita annus compleatur; tandem annis ſequentibus, ſingulis ſemeſtribus ſemel.*

*Aqua in capitis affectibus, frigidis ac catarrhoſis vtiliſſima eſt, vti & balſamus.*

N. *Ferunt Carolum Ducem Burgundiæ à Doctore quodam Anglo decem millibus floren. emiſſe. Vid. Semert. practic. lib. 1. part. 2. c. 5.*

7. *Liquor ſeu Balſamus Saponis.*

℞. Saponem Venetum inciſum, affunde Spiritum Vini, atque ſemel ac iterum deſtilla; affunde denuo eundem, & relinque in loco calido, poſtea per chartam filtra; eſt inſtar olei brunnei, ſeu ſpadicei coloris.

Vires. *Subleuat podagræos dolores, ſi locus affectus eo illinatur.*

8. *Oleum ſaponis alio modo.*

℞ Saponis Veneti aut Hiſpan. ſcabendo probè imminuti & argillæ communis ana partes æquales, formentur globuli inſtar nuc. moſch. & coniiciantur in 6 magno Recip. inſtructam, pelle in Reuerb. clauſo primo lento Δ poſtea validiori ad totalem vſque ♎uam expulſionem, tandem Oleum fuſcum praſinum ab acutiſſimo ſpiritu ſepara, quod per rectificationem in citrinum mutabitur.

Vires. *Detergit & reſoluit potentiſſimè, ratione ingredientis lixiuij, dolores iuncturarum à causâ frigidâ compeſcit, coacta digerit, contuſa diſſipat, vrinam præpeditam mouet, colicam flatuoſam ſolo Vmbilici litu reſoluit. Ex communicatione S. Cloſſ.*

---

## CAP. XLII.

### *De Bolis.*

BOli in officinis pro vſu nulli extant, ſed ex præſcriptione vſui extemporaneo parantur, idque vel miſcendo ſolum, vel inſpiſſando, &c.

Fiunt ex Flectuariis, pulpis, conſeruis, pulueribus in conſiſtentiam minus fluidam deglutibilemque redactis.

N. *Cauendum ne ſapore ingrato abominabilis euadat.*

*Exempla.*

I.

℞. Rhabarb. pulueriſ. ʒj.
Conſeru. Roſar. rec. ʒß.
Cum Syr. roſar. ſolu. F. Bolus.

II.

℞. Elect. lenitiu de manna. ℥ß.
diaphænic.
diacatholic. à ʒij.
Cum ſaccharo alb. F. Bolus pro vice vna.

N. *Addi poteſt & puluis conueniens.*

Vires. *Purgat humorem ſeroſum ac bilioſum.*

III.

℞. Conſeru. roſar. antiqu. ʒij.
Laudan. opiat. gran. iiß.

F. Bolus

F. Bolus.

*Confert in fluxu alui & ſim. dolorem ſedat, ſomnum inducit.*

IV.

℞. Caſſiæ rec. extract. ℥j.
Sem. aniſ. ℈j.
Cum Oleo amygdal. dulc. rec.
F. Bolus in *nephritide.*

V.

℞. Prunor. damaſc. num. x.
Sebeſten. num. vii.
Paſſul. enucl. ℥ß.

Coquantur cum aqua colenturque fortiter. Hinc adde

Pulp. caſſ. ℥ij. coquantur denuo ad ſpiſſitudinem mellis. Tum adde

Pulu. ſen. ʒiij.

Cum Sacchar. F. Bolus pro 2. vel 3. vicibus, &c.

---

# CAP. XLIII.

## *De Calcibus ſeu Calcinatis.*

CAlcinationem ſex fieri modis diximus lib. 1 Ex his duo, non niſi ignem requirunt, reliqui aliud aliquid (△ potentialem vocant) inſuper expetunt, cuius beneficio calcinatio peragatur.

Mineralium calcinationes dabimus ſigillatim, lib. 3.

Vegetabilia, v. gr. *herbæ, radices, ligna, cortices, aliaque* [illegible] igne comburuntur luculento, donec in cinerem fuerint redacta.

N. *Simili modo incinerari poſſunt, & capita mortua ex deſtillationibus reſidua, ſi ſuper lamina ferrea vel in fictili comburuntur.*

*Animalia*, horumque *partes molliores* comburuntur vt plurimum in fictilibus (clauſis & lutatis) ad nigredinem vſque. Sic aues comburuntur cum pennis, lepus cum pelle, &c.

*Cornua*, triplici exponuntur calcinationi: Vſtioni, vaporationi & corroſioni; quam præcipitationem quidam vocant.

Vſtione comburuntur cornua, donec per nigredinem albida facta ſint. Idque plerunque in fornace figulina fieri ſolet. Hinc cornua vſta dicta.

Vaporoſæ calcinationis modus hic eſt: Cornua ſuſpenduntur ponunturuè in capitello, parteue ſuperiore Veſicæ, quæ aliquota liquoris portione adimpleta ſit: hinc ſubtus acenditur ignis, vt vapor vi caloris eleuatus, cornua penetrando friabilia paulatim candidaque reddat.

N. *Opus hoc eſt fere* ♉ 3. *diciturque philoſophicè calcinari.*

Liquor adhiberi poterit vel ▽ ſimplex, deſtillataue appropriata, vel ſuccus decoctumuè medicæ intentioni reſpondens. Liquor autem ne qua penitus exhalet, recentem ſubinde affundere oportet.

Corroſiua calcinatio fit affuſis liquoribus acidis, v. gr. aceto, ſpiritu Φi, ⊖i, & ſim. quibus ſcil. oſſa vel cornua groſſe contuſa, raſaue ſoluuntur, corroduntur, poſtmodumque in calcem (quam magiſterium vocant) præcipitantur. Vide c. 67.

N. *Simili modo calcinantur & cruſtacea,*

Modus porro calcinationis vt diuerſus eſt; ita calcinata diuerſorum ſunt nominum. Hinc calces, cineres, croci, ſalia, vſta.

Sic ſunt:

-- Calx ☉is; *vide libr.* 3.

☽æ *vide lib.* 3.

Cineres plurimi è quibus tamen officinis 4. vſitatiores, adeoque κατ᾽ ἐξοχὴν. Cineres dicti.

Abſynthij.

Fabarum è ſtramine.

Geniſtæ.

Sarmentorum Iuniperi

Crocus Metallorum
Martis aperitiuus
adſtrictiuus } *vide libr.* 3.
Veneris

Vſti ſ. combuſti Cancri

Ceruorum pulli

Cuculus

Erinaceus

Hirundo.

Lepus

Paſſer troglotides

Serpens

Cornu cerui vſtû alcis

Vngula equi.

---

## CAP. XLIV.

### *De Cataplaſmatis.*

CAtaplaſmata fiunt ex rebus medicamentalibus, quę vel pulueriſata, vel quoquo modo in pultis conſiſtentiam, ſiue per ſe, ſiue adhibita humiditate redigi poſſunt: præcipue tamen parantur ex herbis (viridibus ſiccisue) radicibus, floribus, ſeminibus, oleis, fructibus, axungiis, ferinis, micis panis, & ſimilibus.

*Modus fiendi* adhibetur pro re nata; cum vel ſigne igne. Sine igne fit ex herbis viridibus, contuſis aut earum ſuccis expreſſis aliisve liquoribus conuenientibus, quibus *reliqua admiſcentur* vt fiat pulticulæ inſtar. Ignis beneficio coquuntur res cum liquore conueniente in cataplaſma: vel fructus ſucculenti vt molleſcant elixantur, hinc exprimitur pulpa per ſetaceum, eique reliqua admiſcentur.

N. 1. *Liquor pro rei neceſſitate varius eſt, aqua, lac, vinum, & ſimil.*

M. 2. *Sicca præſtat optimè pulueriſare viridia conquaſſare, & ad putruaginem coquere.*

N. 3. *Cataplaſmata tepide fere imponuntur, exceptis anacollematis & ſinapiſmis, &c.*

*Officinalia nulla extant.*

*Exemplo ergo ſint:*

Cataplaſma reſolutiuum Foreſti. 1.

contra cruorem, *Terband* 2.

de nido hirundinis. 3.

Antifebrile. 4.

Anacollema. 5.

Sinapiſmus. 6.

Veſicatorium. 7.

1. *Cataplaſma reſolutiuum Foreſti.*

℞. Flor. Camomill.

Stœchad.

Sum. Abſynth.

Ruth.

Caulium & ſtipitum eorum.

Salu.

Salu.

Sabina.à Mj.

Coque omnia ſimul in lixiuio ex cinere quercus vel ſambuci, vel vitis albæ; deinde piſtentur addendo puluerem qui.

℞. Alumin.

Sulphur.

Gallar.

Cypreſſ.

Sal.comun.à ℥ß.

Aloes

Baccar.Laur.

Pyrethr.

Sem.caul.à ℥ii.

In fine addatur ſtercus recens columbarum vel caprarum,

Vires. *Reſoluit craſſos humores ac tumores inde ortos,vt varices, elephantiam Arabum. Foreſt. lib. XXIX. obſeruat. 25.*

2. *Cataplaſma contra Cruorem; vulgo Terband.*

℞. Bol.armen.℥iij.

Cretæ ℥j.

Prunor.Syluestr. ſicc.℥j

Puluerisa quam minutiſſime & coque cum acetoacerrimo, hinc admiſce.

Radic.ſymphyt.puluerisat. parum.

In fine adde Farinæ auenac. q. ſ.ad conſiſtentiam cataplaſmatis, ſubinde inſtillando nonnihil olei myrtillorum.

Vires. *Cruorem ex caſu vel contuſione collectum reſoluit & ſiccat. Felix VVirz in Chirurgia.*

N. *Eiuſce farinæ cataplaſmata inter Chirurgos vſitaſſima ſunt, ſiuntque ex terra ſigillata, bolo armeno, ſanguine draconis, ceruſa, pice, reſina, ſuccino, lapid. calamin. ſucco acaciæ & ſimilibus adſtringentibus & exiccantibus.*

3. *Cataplaſma Laxatiuum.*

♃ Raſura radibryon. rec.

Mell.comm.liquid.ana ℔ i.

Fellis taurin.℔ß.M.F. Catapl. quo venter inferior veſperi introitu lecti per noctem emplaſtretur. Puerulis ad aluum bis terue mouendam lumbricoſque tum necandos tum excludendos ſufficit. In adultis v.

♃ Succorum cucum. agreſt.

Panis porcin.ana ℥j.

Lactis ricin. &

Tithym. ana ℥ß.

Pulu.hyer.pier.℥iij.

Pulp.colocinth.

Helleb.vtriuſque ana ℈ij.

Caſſ.rec.extract.℥ij. aut iij.

Nutriantur omnia ſimul. F. Catapl. quod ventri admoueatur ab vmbilico ad pubem, vel cum butyr.vetuſti putrefacti q.ſ.incorporentur in Vnguentum.

4. *Cataplaſma de nido hirundinis Mynſicht.*

℞.Nidi hirundinis num. 1.

Alb.græci ℥iß.

Rad.Alth.

Lil.alb.à ℥j.

Caricar. ping.

Dactylor.an. num.iii.

Coque in 🜄 ad remanentiam pultis, poſtea adde

Ol. Violar.

Farin.Chamæmel.

Fænigr.

Sem.Lin.

Tritic.ana ℥vi.

Cerebr.cati.℥ß.

Pulu.noct. combuſt.

hirund.combuſt.ana ℥ij.

Vitell.ouor.num.ij.

Croc.orient.℈j.M.F.Catapl.

*Commendatur in angina deſperata collo ſæpius tepidè applicatum.*

5 *Cata.*

5. *Cataplaſma antifebrile,*

℞.Fol.vrtic.maj.
Solan,
Semperuiu. ana Mj.
Tel, arani ℥ij.
Sal. q.ſ.

F. Catapl. applicandum pulſib. in febb.Petr. Hiſp.

Huc pertinent & *Anacollemata,* quæ nihil aliud ſunt quam Cataplaſmata frontalia, intercipiendæ defluxioni conſecrata, adeoque fiunt ex adſtringentibus quæ vt plurimum albumine oui ſubiguntur, E. gr.

6. *Anacollema frontale.*

℞. Maſtich.
Thur.
Myrrh.ana ℥iſ.
Bol. arm.
Pulu.later. à ℥ß.
Croci ℈j.

Cum Albumin.oui, Ol.roſac.& pauxillo acet. F. Frontale.

Vires. *Prodeſt in lippitudine aliiſque affectibus oculorum fronti impoſitum.*

*Aliud.*

℞. Argillæ vſtæ.
Farinæ volatil. *Staubmeel.*
Boli armen. à ℥ß.
Suc. Acac.
Hypociſt. à ℥ij.
Cum Album. oui & modico aceto

F. Frontale.

Vires. *Conuenit in Hæmorrhagia narium.*

*Huc referendi ſunt & Sinapiſmi veſiccatoriaque in forma Cataplaſmatis.*

Hæc fiunt ex ſem. Sinapi, naſturtii, vrticæ; radic. thapſiæ, cyclamin, bryon, ſcyllæ, allij, Euphorb. canthatid. & ſimilibus, ſuſceptis pulpa ficuum, fermento, melle, oxymelite, ſapone & ſimilibus.

7. *E.gr. Sinapiſmus.*

℞. Pulpæ caricar. (in + coctar.) ℥ij.
Sem.ſinap. ℥j.M.

*Ruborem cuti inducit.*

8. *Veſicatorium.*

℞. Cantharid. præparat. (i. ei alis & capitibus abſciſſis, num. xxx.
Fermenti acris. ℥j.

Cantharides puluerisatæ ſuſcipiantur fermento, humectando ſi opus ſit aceto acri.

## CAP. XLV.

### *De Clyſteribus.*

CLyſmus, Clyſma, Enema, eſt liquor impregnatus facultate medicamentali, per ſyphonem in inteſtina intromittendus.

Duo ergò continet. 1. Liquorum. 2 Facultates, quibus liquor imprægnatur.

Liquor is, eſt decoctum (plantarum, piſorum, carnis, &c.) vel ſimilis humor Medici intentioni commodus. E. g. Vrina, lac, ſerum lactis, oleum, & ſimil.

Facultates Clyſterum variæ eſſe poſſunt, purgantes, alterantes, anodynæ, lithontripticæ, carminatiuæ, abſtergentes, adſtringentes, & cæt. Inter cæteros tamen

tamen vſitatiores ſunt clyſteres purgantes, qui vt plurimum compoſiti ſunt,fiuntque ex partibus(4.5.) decocti alicuius emollentis, partib. (1. 2.) olei. additis inſuper purgantibus ac ſtimulantibus verbi grat. Electuariis ſpeciebus & ſimilib.

N. *Purgantium doſis duplo maior eſſe poteſt in clyſteribus,quam in aſſumendis; oleum additur vbi emollendum erit, omittitur vbi fortiter purgandum & reuellendum.*

Doſis eſt ab ℥iii. in infantibus, ad XII. vel XV. in adultis.

Modus parandi liqueſcet vno ac altero exemplo:

1. ℞. Vrinæ ℔. I. F. Clyſma *in Hydrope.*

2. ℞. Oleum Oliuar. ℥v.VI.VIII. F. Clyſma ad leniendam aluum.

3. ℞. Herb. emoll. ana *M.j.*
Rad. *Alth.* ℥j.
*Fl.* Chamomill. M.ß.
Fic. ping. N.v.
Vitell. oui, num. I.
Coque in ſ.q. aquæ ad ℔. I.

In colatura diſſolu. caſſ. pro. Clyſteribus ʒVI. Bened. laxat. ℥ß. Ol. Chamæmel. ℥iij. Sal gemmæ. ℈j. vel Sacchar. rubr. ℥ß. ad ℥j. F. Clyſma.

N. *Sunt qui ſal commun. vel gemma ad ℥j. uſque iniiciunt. Verum quia podex locus maximè ſenſibilis eſt, præſtat doſin hanc imminuere.*

Huc referendi quoqe ſunt Clyſteres vterini (μητρεγχύται) qui itidem ſunt liquores medicamentales per ſyphonem (μητρεγχύτην) in vterum fundendi. Liquor itidem hic varius adhiberi poteſt, aqua ſtillatitia, decoctum, ſuccus vel ſimile quid, cui pro rei exigentia admiſcentur pulueres. Electuaria, olea & ſimil.

Doſis pro vice vna ſufficiens eſt ℥iii. vel V. VI. præter propter.

*Exemplo ſint.*

1. ℞. Decocti Equiſeti & Tormentill. ℥iii. Olei Myrtin. ℥iß. Trochiſc. de ſpod. ʒi. M.F. Clyſter, in menſium fluxu.

2. ℞. Hydromel. ℥iii. v. mell. ℥iß. F. Clyſter ad eluendum vterum.

3. ℞. Succ. mercurialis depurati. vel decoct. rubiæ tinct. Eryng. aut cyclaminis, vel radic. aper. vel ſaluiæ, matricariæ, nepetæ ℥iii. Pulu. myrrhæ ʒii. Clyſter ad promouenda menſtrua.

Ad hunc locum pertinent & Iniectiones penis, quæ itidem ex liquore conueniente fiunt ſiue decoctum is ſit, ſiue aqua ſtillatitia, vel ſimilis.

---

# CAP. XLVI.

## *De Conditis.*

Conditorum conſtitutionem abſoluunt res condiendæ ac liquor condiens, quibus pro libitu aromatizans accedit.

Res condiri aptæ ſunt, *radices, cortices, caules, fructus, nuces, & flores aliquot.*

Duo in rebus condiendis præcipuè conſideranda occurrunt.

1. Quia res condienda vi liquoris intus ac extus perfundi poſtulat, mollem illam eſſe nec nimis craſſam oportet.

2. Quia eſui condita præcipuè deſtinantur, haud ingrata ac guſtu abominabilia ea ſint, fas eſt. *Hinc ſi* durior & amarior res condienda fuerit, maceretur antea in ▽ frigida dies (5. 6, 7, 8, pro re nata) ſingulis diebus aquam deplendo, recentemque dando, vel coquatur inſuper donec molleſcat, amarorque quodammodo extrahatur. Caue autem ne nimia extractione ſolum cadauer condiendum relinquatur. His adde, ſin craſſior, maior, ſolidior res condienda foret, ſecandam eam eſſe; pro exigentia, ſecundum longitudinem, latitudinem, teſſulatim &c.

N. 1. *Loco aquæ nonnunquam lixiuio macerare expedit, hinc aqua ſimplici dulcorare.*

N. 2. *Quod ſi libuerit condita aromatizare, aromata condiendis infigi poterunt.*

Liquor, quo res condiuntur eſt Saccharum clarificatum, & ſyrupiſatum, id eſt, in aqueo liquore diſſolutum, & ad ſyrupi conſiſtentiam inſpiſſatum; nonnunquam mel depuratum, aliquando muria.

*Sic condiuntur.*

*I. Radices.*

℞. Radices benè purgatas (integras ſi teneræ fuerint, vel ſectas, ſin craſſiores) exemptis ſi opus lignoſis partibus, redige ad mollitiem & ſi opus ſit, ad ſaporem gratiorem, vt docui, hinc ſicca & cum Sacchari ana. (circiter.) tantilloque decocti proprij, vel aquæ, coque ad conſumptionem humiditatis, conſiſtentiamque Syrupi.

*II. Cortices,*

Cortices nihil à radicibus peculiare habent.

*III. Cortices.*

℞. Caules) à pellicula exteriori purgatos) reduc ad mollitiem, hinc coque cum ana Sacchari in decocto ſolum, ad conſiſtentiam.

*IV. Fructus.*

℞. Fructus molliores (e. g. ceraſa, baccas, ribes, berberes, mala perſica, & ſimil.) affunde Sacchari Syrupiſata vel mellis part. dimidiam, coque ad conſumptionem humiditatis. (alias ſitum contrahit.

Duriores, vt poma citria, cytonia, & ſimil. prius ad militiem redigendi ſunt, amariores ad ſaporem gratiorem. Limonia & oliuæ muriæ imponuntur.

*V. Nuces.*

℞. Nuces virides, perfora ſtylo, macera dies (9. 10.) in ▽ frigida l. a. hinc coque vt molleſcant; ſiccatas aromatiſa, configendo cinamomo aut caryophyllis, cumque ſacchari ana. ac aquæ q. ſ. coque.

*VI. Flores.*

Flores condiuntur affuſione Sacchari ſyrupiſati. Sunt autem pauci qui hac ratione integri condiuntur, ſcilicet flores citri, arantiorum, & interdum roſarum. Ex reliquis fiunt potius conſeruæ. Capparum flores ſale; geniſtæ, ſale & aceto condiuntur.

N. *Sunt qui flores albumine oui conquaſſata illito ſaccharo pulueriſato aſpergunt, ſolis calori exponunt, floreſque hac ratione integros coloratoſque conſeruant.*

*Condita officinalia vſitatiora ſunt.*

Condita Aurantia poma integra ac in partes diſſecta.

Aurantiorum

Aurantiorum flores
cortic.
Berberes
Borragin. rad.
Calami aromat. radic
Caſſia
Ceraſa amarena
Cichor. rad.
Citria poma integra.
in taleolis.
Citria maxima cum Carne *Citrinat.*
Citria ſicca, *truſtener Citrinat.*
Citri cortices, *eingemachte Citron. Schalen.*
flores.
Conſolid. mai. rad.
Corna.
Cydonia, *eingemachte Quittin.*
Cynosbati baccæ, *eingemachte Hanbutten.*
Enulæ rad.
Eryngii rad.
Lactucæ Hiſp. caule, ſicci, *truckene lactuc.*
Mala armeniaca præcocia, *eingemachte Molleſen oder Mammeleucken.*
Meſpila integra.
Myrobalani Belliric. | Chebulæ | Citrinæ | Emblicæ } *afferuntur condita ex India.*
Nuces Indicæ, ſcilicet moſchatæ, cum inuolucris, *gantze Muſzcatnuſz mit den Schelffen.*
Nuces moſchatæ, ſcilicet ſine inuolucris, *eingemachte Muſzcatnuſz ohne Schelffen.*
Nuces Iuglandes.
Perſica.
Pimpinellæ rad.
Piper nigr. in racemis ex India affertur.
Pruna ſylueſtria, *eingemachte Schlehen.*
Pruna cittina, *eingemachte Spelling.*
Pyra muſcatella, *eingemachte Zuckerbierlein oder Muſcateller Bieren.*
Rhabarbarum
Ribes.
Satyrij rad.
Scorzoneræ rad.
Sorba, *eingemachte Speyerling.*
Zedoariæ rad.
Zingiber Chinenſe.
commune.

*Sunt & quæ condiuntur aceto; ſale, & ſimil. vt*

Modus condiendi eſt.

F. Conſperge cum ſale ac comprime, vt ſal in exudante humiditate liqueſcat.

N. *Si res condienda minus ſucculenta fuerit, affundi poterit modicum* ▽ *æ.*

2. Affunde + ſtentque vt penetret, vel ſi nimium liquoris ſit, exhalet aliquantulum.

Sic proſtant.

Condit. Cappares.
Cucumeres.
Oculi geniſtæ.
Limonia poma.
Oliuæ.
Portulacæ ſummitates

## CAP. XLVII.

### *De Confectionibus Saccharatis.*

*Confectiones Saccharatæ; ideſt:*

RES Saccharo obductæ, ſunt.

1. Saccharatæ ſiue Saccharaceæ, ſimpliciter ita dictæ. 2. Confectiones Saccharocando ſeu candiſato incruſtatæ. His 3. ſubiungere licet Sacchara ſuccis florum certorum ſub colore horundem impragnata. Sacchara inſuccata non immerito vocaueris.

*Modus conficiendi confectiones Saccharatas.*

℞. Rem conficiendam, inde pelui cupreæ (*Confeck Keſſel*) ſaccharumque ſyrupiſatum paulatim inſtallando, continuo ſupra calore verſa, vt humiditate abſumpta Saccharum rei conficiendæ adhæreat, ac tandem inſtar cruſtæ eandem obducat.

Res quæ hoc modo conficiuntur *ſunt ſemina, nuclei excorticati, aromata, radices, cortices, vt & flores ac ſummitates, ſed rarò.*

N. 1. *Semina ſi opus ſit præparantur prius macerando in +, vt ſemen Coriandri.*

N. 2. *Si amariora conficienda fuerint, corrigi volunt antea, ad modum, quem in conditis docuimus.*

Res qua confectiones conſiunt eſt Saccharum Canarienſe, interdum Saccharum candiſatum.

Plerunque primum amylo res conficiendæ obducuntur, hinc Saccharũ ſuperducitur. Vnde duplicis generis confectiones proſtare ſolent; finæ ſcil. ex mero ſaccharo, & minus finæ ex amylo & ſaccharo, vti dictum, præparatæ.

Modus conficiendi confectiones ſaccharo candiſato incruſtatas non differt ferè à modo condiendi, niſi ſola brodij condientis ſaccharati conſiſtentia, nimirum hoc ſi craſſius fuerit, ſaccharum in cryſtallos concreſcit, reſque iniectasq. cruſta obducit.

*Confectiones vſitatiores Saccharatæ ſunt.*

Confectio Amygdalarum dulcium *vberzogene ſuſſe Mandeln.*
Amygd. amarar.
Aniſi, *vberzogen Anis Samen.*
Lauatini, *Purgier Anis Zucker.*
Calami aromatici, *vberzogen Kalmus.*
Cardamomi minoris, *Cardomomen Confect.*
Carui, id eſt, ſeminis, *vberzogen Kümmel.*
Caryophyllorum, *vberzogen Negel.*
Cichorei rad. *vberzogen Cichorenvv.*
Cinæ. Santonici. ſem. lumbricorum, *vberzogen VVurmſamen.*
Cinamomi, *Zimmet Confect, vberzogen Zimmet.*
Coriandri, *vberzogen Coriander.*
magni, *mit groſſer Criſpatur.*
Corporis ſine anima, confectio.
Moſchardina, moſchata, *BiſemZ.*
Cubebarum, *vberzogen Cubeben.*
Dauci communis, *vberzogen vvild Mœhrenſamen.*
Fœniculi.
Lauendulæ florum.
Macis.
Maioranæ ſem.

Pimpinellæ rad.
Pinearum.
Zedoariæ.
Zingiberis.
*Confectiones Candiſatæ ſcilicet Sacchāro cando incruſtatæ.*
Confectio Acori, *Candiſirten Calmus.*
Aurantior. cort.
Caryophyllorum.
Cinnamomi
Citronata, id eſt cort. citri maior.
Citri cort. i. e. minor.
Macis.
Nucis moſchat.
Zingiberis.
Huc
*Sacchara inſuccata*
Saccharum roſaceum violaceum, &c.

---

## CAP. XLVIII.

### *De Conſeruis.*

RES conſeruiſandæ (conſeruandæ) vt plurimum flores ſunt, raro herbæ, rarius radices, rariſſimè caro fructuum.

*Modus.*

℞. Quod conſeruiſare volueris, conquaſſa (mortario præcipuè lapideo piſtilloque ligneo) aque inter quaſſandum admiſce Saccharum.

Proportio Sacchari variat: In rebus humidioribus ac mucilaginoſis conſeruiſandis, recipitur duplum: in ſiccioribus ad triplum vſque aſcenditur, additurque nonnihil 🜄 æſtillatitiæ.

*Flores & herbas* recentes conſeruiſare oportet, atamen ſi nimia humiditate ſcateant, in vmbra exiccari aliquantulum expetunt.

N. 1. *Sunt qui ex floribus ac ſaccharo S. S. S. faciunt, ſolique idipſum exponunt. Alii Iulepum conficiunt, eumque admiſcendo conſeruiſationem abſoluunt.*

N. 2. *Poteris, ſi volueris, flores vel herbas conſeruiſandas in minutiſſimas antea incidere partes, hinc addito Saccharo conſeruiſare vti dictum.*

Radices prius coquendæ ſunt, dein conquaſſandæ, vel & per ſetaceum iniiciendæ, hinc conſeruiſandæ.

Caro *fructuum* omnino ſetaceum traiici expetit.

*Conſeruæ vſitatiores ſunt.*

Conſeru. Abſynthii romani è ſummitatibus.
Acaciæ flor.
Acetoſæ fol.
Acetoſellæ fol.
Anthos, id eſt, flor. roriſmar.
Betonic. fl.
Borragin. fl.
Bugloſſæ. fl.
Calendular. fl.
Cardui bened. ſumm.
Cichorii ex fl.
Citri pulpæ ſ. medullæ.
Cochleariæ fol.
Conſolidæ maior. flor.
Euphragiæ ſummit.
Fumariæ ſummit.
Galegæ, ſumm.
Geniſtæ flor.
Heder. terr. comp. Aug.

Lauendulæ fl.
Liliorum alb. fl.
Liliorum conuall.
Maioranæ ſummit.
Malu. fl.
Meliſſ. fl.
Menthæ fol.
Nympheæ alb. fl.
Papau. errat. fl.
Portulacæ fol.
Pœoniæ fl.
Perſicorum fl.
Primulæ veris fl.
Prunellæ fl.
Pulegij ſummit.
Roſarum albar.
rubrarum recens &
antiq ℈ lata.
Saluiæ fl.
Sambuci fl.
Scabioſæ.
Scordij.
Tiliæ fl.
Tunicæ fl. i. e. caryophyll. hort.
Tuſſilaginis fl.
Veronicæ ſummit.
Violarum martiarum.

## CAP. XLIX.

### *De Decoctis.*

DEcocta fieri poſſunt ex rebus omnibus, quæ pronæ ſunt, vires elixatione brodio ſuo communicate, adeoque ex *mineralibus*, *vegetabilibus*, & *animalibus*.

E *Mineralibus* non reſpuunt decoctionem Terræ crudæ, calcinatæue, Lapides calcinati, Metalla calcinata, Antimonium crudum & calcinatum, ☿us crudus, cinnabaris, Lithargyrium, ♀r. Nimirum aquæ etiam *ſimplici* incoctæ vires quaſdam impertiunt, maximè tamen, ſi adhibitus fuerit liquor facultate penetrante grauidus, qualis Vinum, Acetum, Aquæue ſtillatitiæ. Quin & Metalla ignobiliora, potiſſimum ſi calcinata ea fuerint, verbi gratia, minium, ceruſa, limatura ferri calcinata, & ſim. decoctioni apta ſunt. Decoquuntur autem hæc omnia, in pulueres redacta.

Ex *Animalibus* decoctioni parent partes carnoſæ, membranoſæ, cornua tùm cruda raſpata, tùm calcinata, & ſimil.

Verum enim vero, hic loci de Decoctis potiſſimum agemus potulentis, in praxi vſitatioribus, quæ Apozemata communiter dicunt. Hæc parantur inprimis è *vegetabilibus*: videlicet è *radicibus, corticibus, herbis, floribus, baccis, fructibus, lignis*. Superadditis tamen nonnunquam (ſed rarò) nonnullis à mineralibus aut animalibus.

Liquor in quo res eæ communiter elixantur, eſt aqua fontana, (hæc adhibenda, quoties alius alicuius mentio nulla fuerit facta,) aqua pluuia, aqua deſtillata, (ſed non adeò commodè ob ſpirituoſæ portionis exhalationem, niſi coctio in diplomate inſtituatur,) ſerum lactis, hydromel, Vinum.

N. *Hoc præſtat in fine coctionis ſuperinfundere.*

Quantitas liquoris ad res coquendas varia ſumi ſolet, prout ſc. res longiorem vel breuiorem coctionem expetierint. Duriores ſiquidem ac ſolidiores vt diutius ſunt coquendæ, ita maiorem liquoris quantitatem requirunt, *quippe* coctione liquor paulatim exhalat. Sumitur autem e. gr. proportio quadrupla; ſextupla, decupla, duodecupla, &cæt. Reſpondent enim Man. i. ℥ß. ℨv. vel ℨvi. pugillo ℨij. vel ℨiij.

*Modus parandi abſoluitur.*

1. Præparatione ad decoctionem.
2. Decoctione.
3. Clarificatione.

1. Præparatio fit incidendo, contundendo, radendo, limando, &c.

2. Decoctio fit vulgariter. 1. △e nudo. 2. *Vaſe aperto æneo ſtanno obducto*, 3. *Ordine obſeruato*, ſ. a. Eſt autem coquere ſ. à materias coquendas non ſimul & ſemel iniicere, ſed diuerſis vicibus, prius poſterius, prout naturæ volatilioris, fixioris, mollioris, durioris, ſolidioris, res fuerint. Nimirum ſi cornua, ligna, cortices, radices, folia, ſemina, aromata ac flores decoctioni deſtinantur, primum cornua, ligna, cortices & radices aliquandiu coquenda ſunt, hinc *folia* ac ſemina ſuperiniicienda, tandem quoque ſub finem decoctionis, aromata & flores; vtpote quorum vis facile in auram euaneſcit.

N. *Res duriores macerantur prius aliquandiu.*

3. Depuratio, vulgariter albumine oui, cum quo decoctum expreſſum, vel ſaltem colatum ebullit, quod dein per colum traiicitur. Vide lib. *I*. c. 14. Clarificare.

*Vſurpatio:* Quia ſaporis minus grati ferè ſunt decocta, gratia conciliatur Saccharo Syrupoue addito ad ſingulas doſes ℥j. plus minus, pro palato ægroti. Quin imò & aromaticus ſapor ſuperaddi ferè ſolet, nonnihil ex aromatibus commiſcendo.

*Sunt decocta celebriora.*

Decoctum.
- Alterans, *vide infra* N. 1.
- Antimoniale, 2.
- Aperitiuum maius. A.
- ---------cum Rhabarb. A.
- minus ſ. lenitiuum minus A.
- Capillorum veneris, A.
- Carminatiuum Clyſmaticum, *Cord.*
- Commune ad diſſoluenda ſolutiua *Cord Renod.*
- Commune Medicinale cum & ſine ſena. A.
- Epaticum 3.
- Epatis vituli, 4.
- Epithymi, A.
- Florum & fructuum, A.
- Fumariæ.
- Hyſtericum, 5.
- Maiale, 6.
- Pectorale ſimplex & compoſitum *A.*
- Purpans Quercetan. 7.
- Splenis bouis; 8.
- Senæ, v. A.

1. *Decoctum alterans.*

℞. Santal. rubr. ℥ß. (alii ℨvi.
Succ. citr recent. ℥i. (alii ℥j.
Sacchar. clarificat. ℥j.
Aqu. fontan. puriſs. ℔. iij.

Stent in maceratione per noctem, mane coquantur ad ℔iß. colentur, ac ſeruentur pro vſu.

N. *Alii addunt & Spir.* ⊕ *i* ℥j.

*Aliter.*

℞. Santal.

℞. Santal.rubr. ℥ß.
Sem. citr. ʒß.
Fl. Roſar.rubr. p.iß.
Sacchar. caudi. ℥j.
Spir. ⊕i ʒß.
Aqu.fontan. ℔.iij
Digerantur per noctem, hinc decoquantur ad ℔. iiſ.
Colaturæ adde
Rob. ribium
Succ. citri.
Saccar.depurat. à ℥j.
Vires *Refrigerat, cor vireſque confortat.*

2. *Decoctum* ♁*iale Cl. D.D. Lud. ab Hornig.*

℞. Rad. ſaſſafr. ℥j
Lign. viſc. Querc.
Lentiſc. à ʒvi.
Fol. Beton. Mj.
Patata pro decoctione coq. in aq. pluuialis limpidæ Menſur. iv. bulliant per horæ, poſtea ♁, crudi ℥j. in petia ligati & porro bulliant, donec menſura vna & dimidia ſit conſumpta.

Vires. *Catarrhis medetur, ſcabiemque curat, impuritates tum per inſenſilem tranſpirationem, tum per aluum educens.*

*Vſus: mane hauſtus calide aſſumitur.*

3. *Decoctum Epaticum.*

℞. Rad. Ariſtoloch. rot. ℥j.
Rhabarb. ept. ℥ß,
Chamæleon. nigr. ℥ii.
Rad. Petroſel.
Cichor. à ʒvi.
Cardopat. ℥ij.
Herb. Endiv.
Scabioſ.
Betonic.
Acetoſ. à Mſ.
Sem. Fœnic. ℥j
F. Decoctio in ▽ font. ℔. iv. ad conſumpt. tertiæ partis.

4. *Decoctum Epatis Vituli.*

℞ Epar vitul. in fruſta inciſum.
Santal. rubr.
Cinamom. ana ℥ß.
Spic. nardi.
Roſar. rubr. ana p.i.
Conſeru. flor cichor. ℥j.
Trochiſc. Rhabarb.
Eupator ana ʒvi.
Coque in phiala capaci benè occluſa calori balnei feruentis horas 7. vel 8. donec hepar totum ferè in liquorem redactum ſit, quem ad perfectionem decoque addendo ſi velis ſaccharum.

Vires. *Conducit in omnibus Epatis affectibus, & imbecillitatibus; in fluxu præſertim hepatico & hydropiſi.*

*Doſis ℥ iii.iiij. mane ac veſperi.*

*Quercetan. in Pharmacop Reſt. cap. 26.*

N. *Eodem modo fieri quoque poſſunt decocta Pulmonum non ſolum Vulpis, ſed & Vituli & agni, addendo pectoralia affectibus pulmonum congrua. Quercetan.*

5. *Decoctum Hyſtericum.*

℞. Herb. puleg.
Artemiſ.
Abrotan.
Matricar.
Meliſſ.
Verben.
Serpill. ana Mj.
Rad. Pimpinell.
Baccar. Lauri, ana ℥ij.
Caſtor. ʒj.
Sabin. ℥ij.
M. & lege artis F. decoctum.
Vires. *Ciet menſes, vterumque roborat.*

6. *Decoctum*

6. *Decoctum Maiale.*

℞. Herb.Fumar.Mj.
Summ. Lupul.
Cichor.
Agrimon.
Aſplen.
Abſynth. pont.à Mſ.
Rad.Polypod.℥ß.
Glycyrrhiz. ʒß.
Fol.Sen.℥ij.
Sem.Aniſ. ʒij.

Omnia quæ haberi poſſunt recentia, miſce cum reliquis ac coque in ſeri lactis ℔.iv.ad tertias.

Colaturæ adhuc calidæ infunde per noctem.

Rhabarb.el. ʒij.
Spic. indic. gran. VIII.
Schænanth. ℈ſ.

Ebulliant ſemel ac iterum, hinc colentur,

Vires. *Sanguinem purificat.*

Doſis ℥iv.

7. *Decoctum purgans pro delicatis. Quercetan.*

℞. Follicul.ſen.ſ.ſt. ℥vi.

Aqu. pomorum redolentium aut fragorum q. ſ.pro vna vice.

Macera vaſe clauſo per horas 24. addendo parum ſucci Limonum, hinc bulliant, fortiterque exprimantur, adde

Succi pomorum redolentium recentis, ʒiſ.

Sacchari candi ſi libet.

Clarifica cum albumine oui, ac aromatiza cum ▽ cinamomi.

Vires. *Leniter purgat ſine faſtidio.*

8. *Decoctum ſplenis bouis.*

℞. Splenem bouis integr. in fruſtra inciſum.
Cinamom. groſſè contuſ.℥j.
Caryophyllor. ℥ß.
Croc.℥ij.
Vini alb.ſeu maluatic. q. ſ.

Inde in vitrum capax, quod benè clauſum in MB.feruentiſſimo, hor. 24. ebulliat, donec ſplen in particulas minutiſſimas coctus & conſumptus fuerit, magnaque Iuris exquiſitiſſimè cocti, & fragrantiſſimi copia reſtet.

Vires. *Specificum eſt ad duritiem & obſtructionem lienis & menſium ſuppreſſionem.*

*Doſis ℥iiij. continuando per quatuor aut quinque dies, cum menſes fluere ſoliti ſunt. Quercetan. in Pharmac. Reſtit.*

N. *Poteſt itidem redigi in formam Extracti, vide infra.*

Plures decoctorum formulas qui expetit, adeat Quercetanum in Pharmacop. reſt. VVeckerum, Poterium, & ſimil.

---

## CAP. L.

### *De Eclegmatis, Lohoch, Linctibus.*

MAteriam præbent pectoralia: videlicet pulueres, conſeruæ, mucilagines, ſyrupi, decocta, mella, pulpæ, ſapæ, & ſimil.

*Modus parandi.*

℞. Pulueres conuenientes, fructus, gummi arabicum, Tragacanthum, ſuccum glycyrrhizæ, amylum, &c. incor-

pora(in mortario, piloque ligneo) cum mellis, ſyrupi, mucilaginis, decocti, & ſimil. liquoris glutinoſi, q. ſ. donec exactè mixta & mellis conſiſtentiam nacta fuerint.

Ex tempore quæ præſcribuntur, fiunt ex Eclegmatis vſualibus, pulueribus; conſeruis; cum ſyrup. q.ſ. incorporatis, vel ex ſolis ſyrupis cum ſacchar. candi vel penidiati, q.ſ. mixtis.

N. 1. *Decocta itidem ac ſucci in formam Eclegmatis cum Saccharo coqui poſſunt.*

N. 2. *proportio pulueris eſt ferè vnc.ß.ad.ſyrup.vnc.ij.*

*Eclegmata vſualia ſunt.*

Lohoch, ad aſthma, ſ. ſcyllæ compoſ.
de Caſſia *vid. infra.* N. 1.
de Caulib.
de Farfara
de Papauere
Paſſulatū, N. *Aliud. vide infra* 2.
de Pinp.
de Portulaca
de Pulmone vulpis
Sanum & expertum
è ſucco ſcyllæ

vide August. &c.

1. *Lohoch de Caſſia pro Clyſteribus.*

℞. Herb. Maluæ
Mercurial.
Parietar.
Violar.
Betæ
Abſynth. ana M. 1.

Coqu. in ſ.q.'aqu.ad ℔ IV.

Adde pari pondere Medull. caſs. & mellis deſpumati ana F. Lohoch.

2. *Lohoch paſſulatum ſ. Electuarium paſſulatum.*

℞. Paſſular. minor. vnc. IV.
Sacchar. cand. vnc. ij.
Aqu. Scabioſæ.
Fœnic.
Farfar. à vnc. ij.
F.l.a. Eclegma.

Vires: *Confert in Tuſſi; acrimoniam Catarrhorum mitigat.*

---

# CAP. LI.

## *De Electuariis & Mixturis.*

ELectuaria ſunt, vel molliora, (conſiſtentiâ confectionem opiatarum) vel ſolidiora in tabulis. Priora ſunt huius loci.

*Modus parandi* varius eſt, adeoque potius exemplis quàm regulis demonſtrabilis.

Electuaria vulgaria (confectiones opiatæ communiter appellatæ,) fiunt è pulueribus minutiſſimis, melle deſpumato calente, (vel ſaccharo ſyrupiſato) ſuſceptis, quibus ſolubilia ſi admiſcenda ea ſint, ſeorſim diſſoluta ſubinde affunduntur, poſt modumque ad fermentationē loco tepido reponuntur.

Reliqua fiunt ſola ferè mixtura, ſcil. puluerum, electuariorum vſualium, conditorum in fruſtula diſſectorum) conſeruarum, extractorum ſeu eſſentiarum, & ſimil. quæ ſuſcipiuntur liquore, maximeque ſyrupis q.ſ.ad. conſiſtentiam. Et hæc dicuntur vulgò *mixtura.*

N. *Adduntur*

N. *Adduntur & interdum pauca guttulæ oleorum ſtillatitiorum, vel ſpirituum ⊕. ⊖ ſue.*

*Sunt Electuaria, tùm alterantia, tùm purgantia.*

*Electuaria alterantia vſitatiora ſunt.*

Electuarium.
- Diacorum *Aug.*
- Pſeudoacori, *vide infra.* N. 1.
- *Alexipharmacum* 2.
- de Ciconia 3.
- Alkermes, ſ. Confectio Alkermes.
- De Allio, 4.
- Anacardinum; ſ. confectio Anacardina, ſ. confectio ſapientum. A.
- Antidotus Matthioli, A.
- Archigenis, A.
- Athanaſia magna, A.
- Aureum Alexandrinum, A.
- Camphoratum, 5.
- *Chalybeatum A.*
- Chalybeatum, Horatii Augeni, 6.
  - Arcularij, 7.
- Corroborans ſpecificum croll. 8.
  - Cordial. 9.
- de Croco, 10.
- Diaphoreticum Plateri, 11.
- Diacodium, A.
- Diureticum Montag. A.
- de Ferri ſcoriis, A.
- Hyſtericum, 12.
- de baccis lauri Rhaſis, *A.*
- Micleta Nicolai, A.
- Mithridatium, A. C.
- Oruietanum, 13.
- Nucum, 14.
- Diaolibanum, C.
- de Ouo,
- Papæ ſ. Guidonis contra peſtem, A.
- Philonium Meſuæ, A.
  - perſicum Meſ. A.
  - maius ſ. Romanum Nicol. A.
- Thariſenſe Galeni, A.
  - contra phthiſin, 15.
- Podagricum S. Cloſſ. 16.
- Regum, 17.
- Requies Nicolai cum ſaccharo, A.
- Reſumptiuum Fernelii C.
- Dia-ſatyrium, A.
- *Scorbuticum,* 18.
- Dia-ſcordium Fracaſtor, A.
- Theriaca Andromachi, A.
  - Diateſſaron, A.
  - Communis, A.
  - Triphera magna, A.
    - minor, A.
    - Saracenica, A.
  - El. Vitæ Arnold. de V. N.

N. *Quia ſpecies aromaticæ ad electuaria, cum melle vel ſaccharo conficienda, ordinatæ olim fuerunt, & harum pleræque Electuarii nomine communiter adhuc veniunt, quas vide infra; Præſtaret tamen ſpecies ab Electuariis diſtinguere.*

*Electuaria lenientia vſitatiora ſunt.*

Electuar.
- Diacaſſia cum manna, A.
- Diacatholicum, Antidotus Catholica Nicolai. A.
- Diaprunis ſimpl. A.
  - ſolutiuum, Diadamaſcenum, A.
- Hiera piera *Galeni*, ſ. ſimplex, *A.*
- Lenitiuum Florenzolæ, *A.*
  - de Manna, *A.*
- Triphera Perſica Damaſceni, *A.*

*Elect. Purgantia vſitatiora.*

*Electuar.*
- Diaſarum Fernelii, *vide infra* 1.
- Antimoniale, 2.
- Benedicta laxatiua, Nicol. *A.*
- Diabalzemer. ſ. Elect. Sennatum *A. Renod.*
- Diacarthami ſ. Diacnicu, *A.*
- Caryocoſtinum, *C.*

Catharcticum Imperiale, Nicol. *C.*
de Citro ſolutiuum, *A. C.*
Diacydonites ſ. Diacydonium laxatiuum, *A.*
N. *Ad Gelatinas referri poteſt.*
Epiſcopi ſ. Eleſcoph. *A.*
Hamech. ſ. confectio Hamech maior, *A.*
Hiera compoſita, *A.*
Logadij, *A.*
Pacchij, Archigenis, Ruffi, ſ. Diacolocynthidos, *A.*
Indum maius, *A.*
Diaphænicum Meſuæ, *A.*
Fernelii, *A.*
de Pſyllio, Montagnanæ, *A.*
Roſarum Meſuæ, *A.*
de Succo roſarum Nicol. *A.*
N. *Vſitatius eſt in Tabulis.*
Diaſebeſten, Montagnanæ, *A.*
Diaſenna Nicolai, *A.*
de Tamarindis. ʒ.
Huc Paſſulæ laxatiuæ, *A. C.*

ELECT: ALTERANTIA.

1. *Elect. Pſeudoacori ſtomachicum.*

℞. Rad. Pſeudoacor. à cortice exteriore mundat. ℔. 1. minutiſſime inciſæ & conquaſſatæ infundantur in Vini rubr. ♂ ℘ (3. 4.) Hinc coque ad conſumptionem vini, molliciemque radicum.

Poſtmodum adde *mellis* depurat. ℔ ij. vel iiß. iterum parum coctis addantur Zinzib. optimi minutim inciſ. ℥ iij. vel iv. miſceantur optime l. △ ad conſiſtentiam; hinc remoue ab △ & immiſce.

Pulu. Cinnam. acer. vnc. ß.
Piper long. ʒ ij.
Galang.
Nuciſt.
Macis
Cubeb.
Cardamom. ana ʒ iß.
Gran. paradiſ.
Piper nigr. ana ʒ. 1. plus minus F. Elect.

N. *Alii admiſcent amygdal. dulc. & pineas excort.*

Vires. *Confortat ſtomachum & caput frigidum. excrementa incidendo exiccando, &c.*

*Doſis ad magnitud. auellanæ vel inglandis; mane ac veſperi.*

2. *Electuarium Alexipharmacum, Cl. Dn. D. Petri de Sp. F. F.*

℞. Rad. Diptamn.
Garyophyllat.
Cyper. rot. à ℥ iſ.
Aſari ʒ vi.
Ireos flor. ℥ iij.
Fol. Rut.
Fl. Roſar. rubr. à ℥ iſ.
Diptamn. cret. ʒ iij.
Spic. indic. ℥ iſ.
Cinamom.
Croc. or. à ℥ ſ.
Baccar. Iunip.
Laur. à ʒ. vi.
Muſtich. ℥ iſ.
Agar. tr.
*Myrrh. el.* à ʒ ij.
Bol. arm. præp.
Spec. liberant. à ʒ vi.
Contundantur ſubtiliſſimè & cribrétur. Poſtea

℞. Nuc. iugland. ℥ iij.
Fic. pingu. ℥ ix.

Conquaſſentur ſimul additoq; modico vini traiiciantur per cribrum ad pultis conſiſtentiam. Deinde

℞. Sacchar. opt. ℔ iiſ. ℥ iij.

Diſſolue

Diſſolue cum aquæ q. ſ. △ lento.
Poſtea adde
Mellis deſpumat. ℔iij.
Coque ad aquæ conſumptionem.
Deinde adde
Puliculam illam ficuum & nucum.
Theriac. Andr. ℥ix.
Conſeru. roſ.rubr. ℔iſ.
Succ.Abſynth.inſpiſs. ℥iſ.

Miſce optime cum ſpatula ligna, dein remoueantur ab igne, & agitentur continuò, donec refrixerint, poſtea adde pulueres, miſceanturque perfectiſſimè, in fine adde
Ambræ griſ. drach. I.
Moſc. ℈j.
F. Electuar.

Vires. *Vſus eius creberrimus fuit in ſæuiſſima illa nuper apeſte, in qua tàm præſeruando, quàm curando profuiſſe compertum eſt.*

3. *Electuar. Alexipharmatum de Ciconia; Arcanum Alexipharmacum.*

℞. I. Recentem ciconiæ ſanguinem deſtilla per MB. remanentem in cucurbita ſanguinem exicca & pulueriſa. Hinc

2. Extrahe Sal ex ventriculo ciconiæ incinerato, beneficio aquæ illius ex ſanguine deſtillatæ, idque pulueriſatæ illi ſanguinis remanentiæ admiſce.

Hiſce 3. addantur in vitro ſatis capaci:
Succin.alb. el.℥.I.
Corall. rubr.
Baccar.matur. vuæ inuerſæ.
Eſſent. Mumiæ.
Rad. Anthor.à ℥.ß.
Lap.Bez.or.*drach.* iij.
Theriac.opt.*vnc.*iß.

Hoc cum oleo pini (ex nucl.expreſſ.) incorpora, deinceps tantum olei ſuper- addendo, vt digitos 3.vel 4. latos emineat. Tandem inſolentur aliquandiu orificio vaſis diligenter obſtructo, quo enim vetuſtius eò melius.

Vires, *Efficaciſſimum eſt contra omnia metallica, animalia & vegetabilia venena, quæ tùm vomitu, tùm ſeceſſu, tùm ſudore expellit.*

*Doſis vnc.ß. cum hauſtu* ▽*æ, vini, vel lactis tepidi Croll.*

N. *Loco* ⊖ *ex ventriculi cinere extracti mallem ipſas tunicas pulueriſatas admiſcere.*

4. *Electuarium ſ. mixtura de Allio.*

℞. Digitor.allij,num. IV.
Frixis & contuſis cum melle & mithridatij,*drach.*iiſ.adde
Sperm.ceti.
Granor.Iuniper. ana ℈j.
Caſtorei ℈ij.
Pulu.parietar.℈j.
Oxymell,ſquillit. q.ſ.F. Elect.

Vires: *Inſignium virium eſt contra colicam.*

5. *Electuarium Camphoratum Kegleri.*

℞. Rad.Diptamn.alb.
Tormentill. à *drach.*ii.
Zinz.alb.*vnc.*ii. (rectius ʒß.
Sacchar.cand.*vnc.*ij.
Margarit.præparat.*vnc.*ß.
Nuc. vomic.
Os de c. c.à *drach.*ii. ß
Camphor.*vnc.* I.
Theriac.Andr,*vnc.*IV.
Sacchari alb.in aq. acetoſ. ſolut. q.ſ.F. Electuarium.

Vires. *Alexipharmacum ac ſudoriferum eſt, maximique vſus in morbis malignis.*

*Doſis drach.j.ad.ij.&c.*

*Paulo aliter.*

℞.Rad. Diptamn.
Tormentil.
Zedoar. ana *vnc.* ß.
Zinzib. *drach.* ij.
Herb. card. bened. *vnc.* ß.
Turb.alb. & gumm.
Nuc.vomic. à *vnc.* ß.
Rhabarb.
Oſ. de. cc.
Oc. ♋ à *drach.* 1.
Camphor. *vnc.* 1.
Sacchar. *vnc.* 1.
Theriac. Androm. *vnc.* VI
M.F.Electuarium.

6. *Electuarium Chalybeatum Horatij Augenii.*

℞.Piper.
Zinzib. ana *vnc.* ß.
Cardamom.
Caryophyllor.
Doronic. *vt* Angelic.
Croci *ana drach.* ii.
Tamariſci *vnc.* ß.
Sem. Baſilic.
Aniſ. *ana drach.* ß.
Limatur. chalyb. præp. ℔. ſ.
Mellis deſpumati, ℔iij.
F.Electuarium.

Vires. *Confert in intemperie frigida mulierum.*

7. *Aliud Elect. Chalybis Arcularij.*

℞.Scob. Chalyb. ℥iij.
Succ. recent. pomorum Borsdorff. purific. ℥VI.

Macera 24.hor. effunde per inclinationem. Succus nouus affundatur, tribus vicibus id repetatur. Succi tandem inſpiſſentur ad formam Electuarii.

*Doſis à* ʒij. *ad* ʒß.

8. *Electuarium corroborans ſpecificum ſ. Medicamentum ſpecificum omnium ſeptem membrorum principalium, Crollii.*

℞. Ol. ſucciniter vel quater ( per ∇ Maioranæ vel ſimil.) rectificati *drach.* ij.
Spirit. ⊖li veri.
Salis cranii human. (vel magiſterii. *ana vnc.* ß,
Tincturæ croc. or.
Granor. alkerm. *ana.* ʒij.
Sal. margarit.
Corallor. *ana* ℥j
Ol. Cinamom.
Macer. *ana* ʒß.
Lact. ♀is ℥j.
Extr. Spondii iß.
Antimon. diaphoret. ℥ß.
Magiſt ♀ ℥j. i.e. ♃ i ⊖lati
Tinctur. croc. ♂
Extr. chelidon.
Rhabarb. *ana* ℥ß.
Liquor. cryſtall calcul. microſmic. *ana* ℥j.

Cum extracta & inſpiſſata Theriacæ eſſentia melle iuniperino, conſerua roſarum, addendo pro libitu ſaccharum roſaceum F. electuarium, addita Moſchi & Ambræ ana drachma 1.

N. *Propter ventriculi ſympathiam cum reliquis membris addantur ſpirit.* ⊖*i veneris drach.* ij. *atque Ol. Nuciſ. ſtillat. drach.* ß.

*Doſis à gr.* 5.6.7. *vſque ad* 20. *&c.*

9. *Electuarium ſeu mixtura cordialis.*

℞.Conſeru. roſar. *vnc.* viij.
Borrag.
Bugloſſ. à *vnc* iij.
Violar. *vnc.* ij.
Nymph. *vnc.* iß.
Confect. Alkerm. *vnc.* ß.
Pulp. citr. condit. *vnc.* iiij,
Fl. citr. condit. *vnc.* ij.
Spec. Diarrhod. Abb. ℥. ij.

Margarit.

Margarit. præparat. ʒ.ii.
Corallor. vtrorumque
præpar. *ana* ʒiij.
Lign. Aloës pulu. ℈ IV.
Ambr. gryſ. gran. VI.
Fol. ☉*rum*. x.
Cum ſyrupo acetoſ. citri q. ſ. F. mixtura.

Vires. *Spiritus vitales Balſamumque naturæ corroborat.*

*Doſis ad magnitudinem auellanæ.*

10. *Electuar. de Croco.*

Croc. or. ʒ. I.
Rad. Zedoar.
Tormentill.
Nuc. vomic. à *drach. ij.*
Camphor. ℈j.
Sem. Eruc.
Rad. Diptam. n. alb.
Angelic. à *drach. ij.*
Petaſit. *drach.* iij.
Theriac. venet. vet. ℥ VI.
Mithridatii. *vnc.* VI.
*F.* Electuarium.

Vires. *Alexipharmacum eſt Kegleriano nihil vel parum cedens.*

11. *Electuarium diaphoreticum Plateri.*

℞. Syrup. de papau. ad ʒ VI.
Rob. ſambuc.
Ebul. ana ℥i.
Spir. Iuniper. ʒ. VI.
M. in Electuarium.

Vires. *Somnum conciliat, dolores ſopit atque ſudorem ciet, adeoque conuenit in hydrope.* vide Hechſtett. lib. I. obſeru. dec. 3. caſ. I.

12. *Electuarium hyſtericum ſeu laudanum facile.*

♃ fragment. lapid. pretioſorum
Saphyr.
Hiacinth.
Topaſ.
Smaragd. ana ℈i.
Corall. alb. &
rubr.
Margar. præpar. a. ℈ IV
Rad. Galang.
Rhabarb. an. ʒiii.
Gumm. arab.
Opopan
Galban.
Thur.
Maſtich. an ʒii.
Bdell.
Sarcocoll. an. ℈ii.
Euphorb. ℥ß.
Camphor. ʒiß.
Sem. coriandr.
Fœnic.
Cardamom.
Salis communis.
Opii Thebaic. a. ℥ß.
Cinnam. ℥ii.
Spiritus thereb. ℥i.
Mell. deſpumat. ℔ß.
♁ &
*A*q. Imperial. an. q. ſ.
F. Laudanum ſ. a. inſtar Opiatæ

*Dos. iiij. gran. ſuper bibendo parum vini, & os frequenter Oxycr. colluendo ad præcauendum faucium & gutturis ardorem propter euphorb.*

*Suffocatis ab vtero, hemicranicis conuulſis à cauſâ frigidâ magno ſolatio eſt,*

13. *Electuarium Oruetanum.*

♃ Rad. carlin. ſeu chamæleont. alb.
Tormentill.
Piſtoloch.
Ariſtol. rot.
Scorzon. hiſpan.
Calam. arom.
*A*ngelic.
Imperator.
*A*nthor.
Sem. ſanton. &

Fol.

Fol. eiuſd.
Dictamn.alb.
Bol.arm.
Terr.ſigillat.an.℥j.
Theriac.veter. ℥iij
Mell. hiſpan. cocti pondus triplum
F.Electuar.

*Vires & doſis eadem quæ Theriaca Androm.*

14. *Electuar. Nucum.*

℞. Nuc.Iugland, num.xx.
Ficuum.ping. num. xv.
Rut. vnc. 1.
Sal. commun. ℈ß.
Mellis, vnc. ij.
M.F.Electuarium.

Vires: *Alexipharmacum eſt.*

15. *Electuarium contra phthiſin.*

℞.Conſerv.Roſar. vet.℥ii.
Loch. de pulm. vulp.
Papau.
Pino. ana ℥ß.
Sem.4.frig.mai. excort.
Lactuc.
Cydonior. an.℈j.
Amygd. dulc.
Pinear.
Piſtac. ana. ℥ß.
Maſtich.
Terr. ſigillat.
Bol. armen. ana ʒß.
Gum.arab.
Amyl. ana ℈j.
Spec. Diatragac.fr. ʒiß.
Diapænid. ʒß.
Sem. Papau. alb.
Portulac. ana. ℈j.
Pulmon.vulpis exicc. ʒß.
Cancr, fluuiatil.vſt.
Trochiſc. de Carab.
Tragacanth. ana ℈j.
Cum Syrupo de papau. & glycyrrh.
F.Mixtura

Vires: *Acrimoniam mitigat, tenuitatem incraſſat.*

16. *Electuarium podagricum S. Cloſſai.*

♃ Reſin. ſcammon.
Ialap.an.℥i.
Hermodact. ʒvi.
Sagapen. ℥iß.
Sem.Anis.
Fœnic.
Carui
Milii ſolis.
Galyophyll.
Mari.
Coſti arab.
Zinzib.
Maſtich.a ℈ß.

Liquetur ſagap.in aceto ſcyllit. coletur per ſetaceum commiſcendo pulu. præſcriptos, & in mortario marmoreo adiicendo per pugillos ſacch. pulueriſatum & irrorando aq. iuæ Arthrit. F. Electuar.vt Opiata, addendo eſſentiæ aniſ. gutt. x.

*Doſ. à ʒij. ad ℥ß. ad præcautionem doloris arthritici ſingulis menſibus in occaſu ☽æ,*

17. *Electuar, Regum,*

℞. Pinear.*vnc.*iß.
Roſar.rubr. *drach.* ij.
Amygd.dulc. *vnc.*ß.
Santal.citrini. ℈ii.
Ambr.griſ.℈ß.
Moſchi, *gran* iii
Sacchari albiſs. ▽ roſar. fragrantiſs.ſolut.℔.1.

Vires. *Refrigerat, exiccat, nutrit, corroborat, &c.*

18. *Electuar. Scorbuticum.*

℞.Conſ.cochlear. ℥iiß.
Chamædr.
Meliſs.

Roſar.

Roſar. incarnat.
Acetoſ. citri à ℥ v i.
Condit. calam. arom.
ZZ.
Rad. Pimpinell.
Cort. citri à ℥ ij.
Extr. Auſynth.
Iuniper.
Sem. Sinap.
Eruc. à ℨ ij.
Cardamom.
Cinamom. à ℨ j.
☉-ti. ℨ iß.
Ol. Aniſ. ℈ j.
Cinam. ℨ ß.
Cum Spir. de Cinam. & de cochlear. q. ſ.
F. Mixtura.

Vires. *Reſerat obſtructiones meſenterij, lieniſque tenorem corroborat, ideoque in ſcorbutico affectu virium eſt inſigniũ.*

*Doſis magnitudine iuglandis parua mane ieiuno ſtomacho aſſumpta.*

ELECTVARIA PVRGANTIA.

2. *Diaſarum Fernelij.*

℞. Syrup. menth.
violar. *ana vnc.* v i i i.

Coquantur in mellis craſſitiem ſub finem ſubducto igne inſperge: Radicis peponis arefactæ.

Seminum raphani & vrticæ maceratorum in ▽ roſarum, arefactorum, & tritorum *ana vnc.* I.
Rad. aſar. contritæ & cretæ ℥ ij.
Cinamom.
Sem. fœnic. à *drach* iij.

Confice in electuarium liquidum.

Vires. *Omnis generis humores circa ventriculum & pracordia exuberantes, vomitione ducit non continuato, ſed ex interuallis facto impetu, ſeni atque prægnanti tutum ac facile.*

*Doſis drach.* iij. *vel vnc.* ß. *ex aqua hordei vel ex mulſa.*

2. *Electuarium* ♄ *ale Crollij.*

℞. Vitri ♀ correct. per ⚹ *vide libr.* 5.
Theriac. androm. à *vnc.* ij.
Nuc. moſchat.
Maſtich.
Cort. arant.
Corall. rubr. præp. à *drach* ij.
Caryophyllor.
Sem. Fœnic.
Coriandr. præp. à *vnc.* ii.

Pulueriſentur optimè & commiſceantur, F. Maſſa pilularum, cum miua cydoniorum, q. ſ.

Vires. *Purgat minori violentia, quam vitrum, ac inprimis per ſeceſſum.*

*Doſis debiliori, pilula vna magnitudine piſi, fortiori duæ.*

3. *Electuarium de Tamarindis D. D. Greg. Horſt.*

℞. Fol, Sen. ſ. ſ. ℥ v.
Cinamom. opt. ℨ v i.
Sem. fœnicul. ℨ i.
Vini maluat. opt. ℔ iii.

Semel ebulliant, poſtea in loco calido per ♂ ♀ digerantur vaſe clauſo F. deinde colatura cum expreſſione, qua extrahatur pulpæ paſſul. min. & maior ana ℥ i v ß. Extractæ maſſæ per ſetaceum adde pulpæ Tamarind. Elect. diaprum. ſ. lenitiui an. ℥ iii. crem. ♃ i ℨ ii. ol. Nucis moſch. ſtill. ℈ ß.

M. F. Electuarium.

Vires. *Purgat leniter ſeroſos; bilioſoſque humores.*

*Doſis* ℨ j. *circiter.*

## CAP. LII.

*De Elixiriis.*

Elixyr in officinis eſt liquor ſpirituoſus, facultatibus præcellentibus, mediante infuſione imprægnatus. Hinc conuenit vt plurimum cum Tincturis liquidis.

*Modum parandi ſingula ferè ſuum obinent.*

*Vſitatiora ſunt:*

*Elixyr Alliatum. N.* 1.
*Curi.* 2.
*Camphoræ.* 3.
*Hyſtericum & Antepilepticum S.Cloſſ.* 4.
*Epilepticum Ant. Irenen.* 5.
*Crollij.* 6.
*Cratonis.* 7.
*Iuniperinum, vide lib.* 4.
*Peſtilentiale.* 8.
*Nephriticum.* 9.
*Elixyr Proprietatis.* 10.
*Syncopticum.* 11.
*Vterinum Croll.* 12.
*Vitæ Matthiol. Auguſt. maius Quercet.* 13.
*minus Quercet.* 14.

1. *Elixyr alliatum.*

℞. Allior. expurgat. N. xx.

Contundantur, 🜺 imponantur: affunde Sp. Vini rectific. ad 4. digit. eminent. deſtilla ex MB. per cohobia, ſemper noua alia addendo, in vltima deſtillatione adde camphoræ in petia ligatæ collo 🜺 bici appenſæ ℥. 1. deſtilla vt prius, habebis præſtantiſſimum Elixyr alliatum.

Vires. *Magni præſeruatiui locum habet, in peſte, quouis mane cochlear. vnum, vel per ſe vel cum aq. ſtill. Card. bened. aut Veronic. aſſumptum.*

Vid. Deodatus in panth.

2. *Elixyr Citri.*

℞. Cortic. citr. recent. ab albicante medulla ſeparator. ℔. iij.

🜅i non rectif. ℔. xij.

Macerentur aliquandiu, poſtea deſtillentur per veſicam cum refrigeratorio, donec phlegma ſtillare incipiat.

Huic ſpiritui, cum pauxillo croci tincto, adde

Succ. citri purific. ℔iſ.

Habebis Elixyr citri.

N. *Sennertus addit quoque* 🜄*m roſarum* ℔ *ſ. in qua ſoluta Sacchar. cand. vnc. x.*

Vires. *Elegans eſt cordiale & antidotus contra peſtem & aëris contagia.*

*Doſis cochl. 1. ſingulis auroris. ieiuno ventriculo, niſi Epatis calidior temperies, vel capitis imbecillitas prohibeant, eo enim caſu, ſatiato ventriculo melius confert, Tenzel. in exegeſi.*

3. *Elixyr Camphoræ, ſ.* 🜅*i Camphoratus,* 🜄 *peſtilentialis Hartmanni.*

℞. 🜅i opt. ℔i.

Camphor. ſelect. (tempore Æſtiuo) ℥vii. ℈i. (Hyemali) ʒ x. ℈ii. M. inciſa prius camphora; & ſtatim ſoluetur ſine 🜂, appende in nodulo croc. or. ℈ſ. & fiet 🜅 aurei coloris. Serua in vitro benè clauſo.

Vires. *Vtiliſſimus eſt in peſte, tàm præſeruando, quàm curando.*

N. *Porr*

N. *Poterit itidem adhuc ſemel deſtillari. Hartman. in pract. loc. de peſte.*

4. *Elixyr hyſtericum & antepilepticum.*

♃ Rad. pœon.
acor. ver.
viſc. querc. ana ℥j.
ſem. pœon. ℥ß.
ſantal. rubr. ʒii.
flor. nymph. alb.
lauend.
Roſ. rubr.
Papau. errat a Mß
camph. ℈ii.
extracti opii puriſs. ʒii.
caſtor. per 🜈 ʒi.
ſpiritus ſang human. vel
ceruini ℥ xii.
volatilis ℥j.

Igne menſtruo digerantur in diplomate, coletur liquor per chartam ſeruetur que

*Dos iunioribus à gutt. vj. ad ℈ß. adultis ad ℈j. in vino, inſculis, aq. ſtillat. tàm in paroxyſmo, quàm diebus aliquot ante Nouilunium. Idem Elixyr valet aduerſus hemicraniam, Cephalæam, vertiginem per aliquot dies continuos ſumptum, purgato tamen antea corpore.*

5. *Elixyr Epilepticum, D.D. Ereyen.*

℞. Spirit. Corall.
☿i à ℥iſ. ʒii.
⊖is cran. human. volat.
ſangu. human. volat.
Succin volatil. à ℈j.

M. ſtent in digeſtione, ♂ (14.) ſeruetur in vitro benè clauſo.

*Doſis guttulæ aliquot.*

6. *Elixyr Epilepticum Crollij.*

⊕lum ad flauedinem calcinatum; imbibe 🜈i vt f. maſſa.

℞. Huius maſſæ ℔iſ.
Raſur. cranii human.
Viſc. Quercin.
Vngul. alcis
Granor. Pœon. à *vnc.* 1.

Omnia ſcindantur & tundantur, poſtea mixta deſtillentur per Retortam gradatim.

Huius egreſſi liquoris ℔. 1. rectificetur in MB. ſupra
Caſtorei
Spec. Diamoſch. dulc. ana ℥ß.
Anacardin. (fruct.) ʒvi.

Poſtea adde i℔ iv.
Sal. Pœon. drach. 1.
Liquor. ſalis perlar.
Liquor. ſalis corall. à ʒi.
Ol. aniſ.
Succin. ana ℈ii.

M. & digere in MB per menſem.

*Doſis cochl. ſ. vel integrum in 🜄 pœon, & ſimili, continuando dies (9)*

7. *Elixyr antepileticum Cratonis.*

℞. Ciner. cornic. ex nido extract.
Turtur.
Cran. human. calc. ana ℥. i.
Gran. Tiliæ autumno collect. ℥ii.
Stercor leonin. ℥ ß.

Affunde 🜈 ad eminent. digit. 3. extrahe ſ. a. ex fecibus calcinatis elixiuia ſal, addeque extractionibus. Poſtea adde vini maluatici tantundem (cum 🜈) & ſacchar. candi vnc. iv.

*Doſis cochl. ſ. ad 1.*

8. *Elixyr peſtilentiale.*

℞. 1. Flor. 🜍 ℥iii.
Ol. Iuniper. (è bacc.) rectificat. ℥. viii.
Succin. rectific. ℥. ij.

Digerantur vt fiat ſolutio florum

2. ℞ Theriacæ Androm. ℔. 1.

F. Extractio cum 🜈 optimo, abſtrahe

abſtrahe i.

3. ℞. Rad. Enul.c.
Angelic.
Baccar. Iunip.à vnc.iij.

Extrahatur Tinctura cum eodem ſpiritu, abſtrahaturque iterum 🜈i. Miſce iam extractum hoc cum extracto Theriacæ, ac affunde olea illa eſſentificata, prius tamen filtrata. Circula omnia ſimul lentiſſimo calore.

Vires. *Secretum eſt, quod in peſte & morbis epidemiis ad miraculum operari ſolet, tam præſeruando, quàm per ſudorem contagium expellendo.*

*Doſis, in præſeruatione guttulæ aliquot, in curatione à ℈j. ad ℈ij. in vino, aceto roſaceo, aqua ſcordij, vel alio aliquo liquore appropriato. Croll.*

9. *Elixyr Nephriticum.*

℞. Baccar. myrtillor.
Heder.
Alkekeng.
Iuniper. ana ℈ij.
Herb. Adianthi.
Veronic.
Ruſc. ana p.1.
Rad. Cyper.
Pimpinell.
Ononid. ana ʒß.
Succ. Limon. ℥ij.
Fl. Geniſt.
Bugloſſ.
Sem. Melon.
Cucurbit. ana ʒj.
Nucl. auellanar. c. pellib. N. IV.
🜈 rectific. q.ſ.

F. infuſio in cella ſubterranea.

Vires. *Prodeſt nephriticis ac calculoſis, calculum atterendo & expellendo.*

*Doſ. coch. ſ. vel 1.*

10. *Elixyr proprietatis.*

Elixyr hoc deſumptum eſt ex Paracelſo. Archidox. libr. 8. num. 6. vbi omiſſo menſtruo. (origine vt loquitur) ℞. Myrrh. Aloepat. Croc. ana, circular, in arena leniſſimo calore per menſes duos, dein elicit oleum per XX, idque cum anatico pondere circulati (vide de extractis) per menſem circular. Menſtruum illud omiſſum varias opiniones peperit, vnde & diuerſi proceſſus, inter quos tamen vſitatiſſimus eſt hic Crollianus.

℞. Myrrh. Alexandr.
Aloës. Epatic.
Croc. Orient. vel Vngar. à ℥IV.

Puluериſata humecta 🜈 alcoholiſato, hinc affunde Ol. 🜿r. p.c. ad emin. digit. 2. 3. extraheque tincturam ac decanta. Relictæ materiæ affunde 🜈 & vlterius extrahe, decantaque. Tandemque reſtant feces, deſtillationi ſubmitte, deſtillatumque prioribus adde.

N. *Elixyr hoc ſi aliquandiu digeſtioni commiſeris, gratius fit ſapore, atque efficacius operatione.*

Vires. *Partium eſt tenuium, calfacit & exiccat, à putredine conſeruat, ſudorem ciet, proficuus eius vſus eſt in morbis malignis, hypochondriacis, vterinis, ſtomachi cruditate, atque inde appetitu imminuto. Extrinſecus mundificat valde vulnera ſordida.*

*Doſis à gutt. vij. ad xij. & plures, Croll.*

11. *Elixir Syncopticum S. Cl.*

℞. Aq. florum trium cordial.
Calend.
Lilii conuall.
Roris Solis an. ℥IV.
Succi limon. depurat ℔.i
Aq. roſ. quart. tres
Meliſs. ℔ß.
Florum tunic. ℥iij.

M. in matracio magno & inde in nodulis Antidoti Oruietanæ (cap. 51. deſcript.)

deſcript. ℥ß.
Confect. de hyacinth.
Alkerm.
Diambr. an ʒii.
Croci Oriental. ʒvi.
Camph. ʒß.
Cort. citr. cond. raſpar.
℔ß
Sacch. cand. in aceto
roſ. ſolut. ℥iv.

Omnia in matracio ſigillentur luto tenaci, ſtent in ventre equino per 15. ♂, deinde in ℞. deſtillentur admiſcendo ſub finem ℈iv. pulu. diambr.

*Hoc remedium mira præſtat aduerſus febres ſyncopales, Apoplexiam morboſque ſubitaneos. Doſ. cochl. ij. paulò ante paſtum, ſed præmiſſis generalioribus ad plethoram vacuandam.*

12. *Elixyr vterinum.*

℞. Caſtor. ℔ſ.
Croc. vnc. ij.

Extrahe tincturas ſc. cuiuſque ſeorſim cum ▽, abſtrahe, ad remanentiam extractorum, quibus mixtis adde:

Extr. artemiſ. ℥iv.
Sal. matr. perlar. ʒj.
Ol. ſtillat. angelic.
aniſ.
ſuccin. à ʒij.

Digerantur mixta omnia per ⁓ 8.

*Doſis huius Elixyris ℈j. vel ℈ij. ingruente paraxyſmo qualicunque hyſtorico, tunc ilico ſanantur, prouocato ſudore. Quod ſi ſingulis menſibus appetentibus menſtruis æquali doſi vtantur, non reuertetur morbus.* Croll.

13. *Elixyr vitæ maius Quercetan.*

℞. Rad. Zedoar.
Angelic.
Gentian.
Valerian.
Tormentill.
Scorzoner.
Galang.
Lign. Aloës.
Santal. citr. a ℥iij.
Fol. Meliſſ.
Ment. rubr.
Maioran.
Baſilic.
Hyſſop.
Thym.
Fol. Chamæpit.
Chamædr. a. Mß.
Gran. Laur.
Iuniper.
Cort. Limon.
Arantior. ſicc.
Sem Pœon.
Seſel.
Aneth.
Fœnic.
Aniſ.
Citri.
Card. bened. à ℥ij.
Caryophyllor.
Cinamom.
Macis.
Zingib.
Cubebar.
Cardamom.
Piper long.
rot.
Spic. nard. a ℥iſ.
Benzoini.
Myrrh.
Oliban.
Succin.
Maſtich. à ʒvi.
Fl. Roriſmar.
Salu.
Pœon.
Stœchad.
Calendul.
Lauendul.

Hyperic.
Centaur. min.
Betonic.
Lil. conuall.
Tiliæ ana p.ij.
Cichor.
Roſar. rubr.
Bugloſs. à p. 1.
Mellis optimi
Sacchar. alb. ana ℔ 1.
Aquæ Vitæ optimè rectificatæ ℔.x.

Digerantur ſ.a. ♉ (8,10) vaſe Hermet. clauſo. Hinc f. expreſſio quæ deſtilletur, (ponendo in roſtrum moſch. ʒß. ambr. griſ. croc. ana ʒi.) igne, initio gradus 1. & extillabit ▽ clara, quam collige ſeorſim: dein auge △ ad grad. 2. & prodibunt ſpiritus nebuloſi. Tandem △ adhibe fortiorem vt extillet oleum, & maneat in fundo materia ſicca, nec tamen perfecte arida, ne empyreuma extillatum ſapiat. Ex hac reſidua materia extrahe tincturam ſ. a. cum ▽ illa priori clariſſima & effunde. Demum miſce tres illos liquores, ac deſtilla denuò per gradus vt prius, ſingulis ſeorſim ſuſceptis. Ex materia in vtraque deſtillatione reſidua, poſtquàm incinerata fuerit, elice ⊖ beneficio ▽ illius clariſs. primo extillatæ, eamque ▽m ſale imbutam miſce cum ſpiritu & oleo ac circula.

Vires. *Huius Elixyris ineffabiles ſunt virtutes ad curandas & praecauendas Vertigines, Epilipſias, Apoplexias, Paralyſes, Manias, Melancholias, Aſthmata, Syncopes, Lypothymias, ſtomachi, & aliarum partium debilitates cachexias, hyſtericas paſſiones, & alia id genus ſumma & deploranda ſymptomata.*

*Doſis, guttulæ aliquot in ▽ vel decocto conueniente.*

N. *Hic Quercetani proceſſus non ſine cauſa à Chrimiatro celeberrimo, Friderico Greiffen correctus eſt, quam correctionem, Quercetano Rediuiuo inſeni.*

14. *Elixyr vitæ minus einſdem Quercet.*

℞. Rad. Gentian.
Centaur. min. à ℥iij.
Galang.
Cinamom.
Macis
Garyophyllor. à ℥j.
Flor. Salu.
Roriſmar. à *p.ij.*
Vini albi generoſ. ℔. vi.

Macerentur in ♉ ♀ (8) dein exprimantur fortiter. Expreſſio deſtilletur per XX in cinere ad ſiccitatem. Reſiduæ materiæ extrahe tincturam cum ▽ illa deſtillata, ſ. a. Poſtmodum incinera materias relictas & elice ſal cum ▽ card. benedict. vel ſimili (vel & fontana) ſal inſpiſſatum & purificatum adde tincturæ ſuperiori & circula.

Vires. *Specificum eſt remedium ad omnes cachexias, ſtomachi capitiſque imbecillitates.*

*Doſis cochlear.* $\frac{1}{4}$.

CAP.

# CAP. LIII.

## *De Emplaſtris Ceratis & Dropacibus.*

CErata (cerota) nihil ferè ab Emplaſtris differunt, niſi quod paulo ſint molliora & tractabiliora, adeoque; non rarò inter ſe confunduntur.

Fiunt ex rebus pinguibus, oleis videlicet, reſinis, (quæ faciunt vt cuti tenacius adhæreant) axungiis, medullis, gummatis, iiſque cera q.ſ. ſuſceptis, additiſque nonnunquam & pulueribus.

*Modus fiendi.*

℞. Liquabilia, fundeque ad ignem, hinc immiſce ſenſim pulueres, agitaque continuo donec refrigeſcant.

N. 1. *Proportio ceræ ad olea eſt* $\frac{1}{4}$; $\frac{1}{3}$; *ad reſinas* $\frac{1}{6}$; $\frac{1}{8}$; $\frac{1}{12}$.

N. 2. *Proportio puluerum ad olea eſt* $\frac{1}{8}$.

N. 3. *Gummata addenda ſi qua purganda priùs fuerint ac ſoluenda in aceto, ſimiliue liquore aqueo, vel ſi alias humor aqueus (acetum, decoctum, ſuccus, mucilago) addendus fuerit, cum oleis initiò tantiſper ſolutio illa vel liquor coquẽdus erit, donec plane exhalarit.*

Emplaſtra modo fiunt eodem.

1. Funditur cera cum oleo, hinc admiſcentur reſinæ, adipes, gummata, vt ſimiliter liqueſcant, tandem ſubducto igne admiſcentur pulueres, continuoque agitantur, donec refrigeſcant.

N. 1. *Antequam planè refrixerint malaxari ſolent aqua frigida, inque cylindros ſ. magdaleones redigi.*

N. 2. *Si lithargyrium addendum ſit, primum id in oleo erit coquendum.*

N. 3. *Proportio exactè definiri nequit, recipiuntur tamen ferè ad aridorum ℥j, olei, pinguedinis vel mellis ℥ij. ceræ ℔. 1. reſinarum ℥viij.*

N. 4. *Loco ceræ alia nonnunquam recipiuntur, e. gr. ladanum & ſimil.*

*Ceroſa vſitatiora ſunt*

Cerotum ex Betonica
Capitale
Cerine Cteſiphontis
Diachalciteos
Diapalma
de Galbano, ſ. matricale
Infrigidans Galeni
Oeſypi
Diapiper.
expelle arietina
pro Hernioſis
Iſis
Sacrum ſ. Diadictamnum, ſ. Emplaſtrum diadictam.
Santalinum
Sparàdrappum Vigonis
Stomachale.

*Emplaſtra vſitatiora ſunt:*

*Emplaſtrum*
Album coctum, *Aug.*
Apoſtolicum, A.
Arthriticum, N. 1.
Aſclepiadis, *VVeck.*
Barbarum maius, *VVeck.*
minus. *Diſſaldeus in Cordum.*
Baſilicum maius, Aug. VVECK.
minus, *A.*

è lapide

è lapide calaminari, *Zeltenpflaſter A.*
Cephalicum, 2.
Ceroneum, *A.*
de Ceruſa, *Renod.*
Diachylon. ſimpl. ſ.hlbum. *A.*
compoſit.ſ.empl.de mucaginibus, A.
magnum, *A.*
paruum, *A.*
cum gummis, *A.*
Citrinum, *A.*
de cruſta panis, *A.*
Diaphoreticum, 3.
Diuinum, Renod. VVeck.
Febrifugum, 4.
ad Fonticulos, F. F. 5.
ad fracturas oſſium, Ren.
de tribus farinis, VVeck.
Gryſeũ è lapide calaminari, *A.*
Gummatum Paracelſ. 6.
ad Herniam. 7.
ad Hydropem, *A.*
de Ianua, Ren.
Iſis flauum. *Diſſaldeus in Cordum.*
de baccis Lauri, *A.*
Maſtichinum, Renod.
Magneticum, 8.
de Meliloto, *A.*
de Minio. *A.*
Mundificatiuum, 9.
Neruinum, *A.*
Nigrum ſticticum, *A.*
Oppodeldoch, 10. 11.
Oxycroceum commun. *A.*
Vigonis, *A.*
Diaphænicum calidum, *A.*
frigidum, *A.*
è ranis, Vigonis, Renod.
de Rhabarbaro, *A.*
Saturninum. 12.
ad Scyrrhos. 13.
Sparadrap. Renod.
de ſtercore canis, Vigonis, VVecK.
Spleneticum, 14. 15.
Sticticum, 16.
Stomachicum. VVecK. aliter habet Renod.
Diaſulphur, 17.
Tetrapharmacum, *A.*
ad tophos, *A.*
de Tacamahac, 18.
ad Tophos, 19.
Viride, Cord. VVeck.
Veſicatorium, 20.
Filij Zachariæ, *A.*
Dropaces, 21.

1. *Emplaſtrum Arthriticum F. F.*

℞. Emplaſtr. Diachyl. magn. ʒvi.
Oxycroc.
Diapalm. à ℥ij.
Medull. ceruin.
Axung. Vrſin. à ℥iß.
Tacamahac. in vino diſſolut. ℥ij.

M. F. ſ. a. Emplaſtrum, quo oleo vulpino malaxetur.

Vires. *Doloribus arthriticis, maximè proficuum eſt, diſcutit, reſoluit.*

2. *Emplaſtrum Cephalicum, F. F.*

℞. Reſin. pin. ℥ij.
Ladan
Myrrh.
Maſtich. ʒvi.
Gum. Tacamahac.
Galban.
Opopan. à ℥ß.
Viſc. Tiliæ. ʒv. ℈ij.
Sem. Pæon. mar. ʒij. ℈ij.
Cubebar. ℈iv.
Ol. Succin.
Nuciſt. à ʒß.
Gummatis in 🜊 diſſolutis f. ſ. a. Emplaſtrum, addendo Terebinthinæ ℥iiß. M.

Vires.

Vires. *Capitis catarrhos exiccat, idemque corroborat, proin confert in Apoplexia, Epilepſia, Vertigine, & ſimilib.*

3. *Emplaſtrum Diaphoreticum.*

℞. Ceræ citrin. ℥xvj.
Bdell. puluer. ʒv.
Colophon.
Pic. naual. ana ℥iv.
Succin. citrin. ʒiij.
G. Ammoniac. ʒij.

F. Emplaſtrum l. a. malaxan. locum Ol. ouorum.

Vires. *Diſcutit, ſeroſam humiditatem elicit & abſumit.*

*Vſus eſt præcipuè in Iſchiatica, intumeſcentia pedum, & ſimil.*

4. *Emplaſtrum Febrifugum Strobelbergeri.*

℞. Terebinth. cypr. opt. ʒiß. liqueſcant in vaſe cupreo ſuper △ moderato; huic iniice.

Aranear. Viuar. in hypocauſtis vel locis mundis captar. N. xv.

Miſceantur & agitentur cum piſtillo ligneo, vſque dum color Terebinthinæ fiat cinereus, & vix aliquid de araneis deprehendatur: Tum iterum tepefactæ mixturæ adde:

Telar. aranearum mundatum quantum prædictæ araneæ texere, vel harum loco adhuc 19. araneas mediocres: iterum fortiter agitentur: Interea etiam immiſcendo

Aſphalti opt. puluerиſ. &
✳. albiſs. ana ʒiß.

Terantur vſque dum refrigeſcat materia, & acquirat conſiſtentiam Emplaſtri nigerrimi. Reponantur per 14. ♂. tandem rurſus ad △ molleſcat & manib. oleo febrifugo inunctis malaxetur modicè.

*Vſus.* Formentur inde Emplaſtra inſtar $\frac{1}{4}$. Thaleri, quæ auro vel argento obducta, corioque tecta, imponantur pulſib. vtriuſque carpi hora vna ante paroxyſmum, relinquendo per 9. ♂. Tunc eadem hora in profluentem aquam proiiciantur.

N. *Oleum febrifugum vide c. 72.*

*Emplaſtrum hoc eſt de quo Strobelbergerus introductionem typis expreſſam omiſſâ deſcriptione Anno 1626. diuulgauit, deſcriptionem itaque tranſmiſit mihi Clariſſ. D. D. Ioh. Chriſtoff Ciſenmenger Phyſicus Ord. Imperialis Heilbrunnenſis, amicus meus integerrimus, cuius verba ne de genuina deſcriptione dubites, hic ſubiungo. Et ſunt: Hanc deſcriptionem mihi communicauit illuſtriſſ. Comitis Caroli à VVolckenſtein (qui non ſolum à quartana huius beneficio liberatus, ſed & 100. Thaleris à D. Strobelbergero emit:) Frater Adamus Comes à VVolkenſt. p. t. Ord. Teuton. Commendator in Heilbrunn.*

5. *Emplaſtrum ad Fontinellas. F. F.*

℞. Ceruſ.
Lithargyr. à ℥vi.
Ol. Roſar. ℔. j.
Aqu. Roſar. ʒviij.

Coque l. △. in fine adde ceræ alb. ʒiij.

F. l. a. Emplaſtrum.

Vires. *Arcet inflammationem.*

6. *Emplaſtrum Gummatum, Paracelſi.*

℞. Gumm. Serapin.
Bdell.
Opopanac.
Galban. à ℥j.

Solue in + cola, colaturæ adde Maſtich.
Thur. maſc. à ʒiij.

 Ceræ alb.

Ceræalb. ad pondus omnium.

F. Emplaſtrum.

Vires. *Mundificat vulnera & conſolidat, diſcutit tumores.*

7. *Emplaſtrum ad quamuis herniam exceptâ hydrocele.*

♃ exuuias anguillarum non ſalitas & in aq. calcis lotas, coque in lixiuio donec craſſeſcant, & F. inſtar glutinis, quod effunde ſuper marmor.

♃ huius glutinis traiecti ℥ iv. adde
Lapid. hæmatit.
Sacchari ♄ni.
♃ vſti an. ʒiij.
Gumm. ammon. in + acerr. ſolut. & cum ol. Myrth. confuſi ℥iij.

M. omnia in fictili ſuper 🜂 lentos, vt coëant in maſſam Empl. tenuis, extendatur ſuper alutam. Hoc gluten adeò tenax eſt ad hernias glutinandas, imò ad ſolutum peritonæum, vt omne aliud impar ſit, ſuperponendo leuiſſimum ſubligaculum & diætam congruam obſeruando.

8. *Emplaſtrum magneticum.*

℞. Gumm. Serapin.
Ammoniac.
Galban. à ʒiij.
Solue in + cola & inſpiſſa:
Hinc
℞. Terebinth. laric.
Ceræ ana ℥ß.

Liquefac ad ignem, atque ſubducto igne admiſce exactè gummi, & tandem
Ol. Succini. ʒij.
atque tandem
Lapid. ſeu magnetis arſenicalis drach. iij.
Terræ ⊖ i ʒj.

F. Emplaſtrum ac malaxa cum Ol. Scorpionum.

Vires. *vlceribus aut carbunculis peſtilentialibus applicatum ſubitò rumpit, venenum ex imo inſtar magnetis potenter attrahit, nec apertum vlcus coire patitur, ante perfectam extractionem omnis venenoſitatis. Hartman. in Pract.*

N. *Lapidem ſ. magnet. Arſenic. Vide in Lapidibus.*

9. *Emplaſtrum mundificatiuum.*

℞. Ceræ ℔. 1.
Reſina. alb. ℥ iv.
Terebinth. laric. ℥j.
Ol. bufonum.
Scorpion. ana ℥ij.
Styrac. liquid. ʒ vi.
Suc. chelidon. expr. ℥ iv.
Ariſtoloch. rot. ℥ß.
Gumm. ammoniac. in + ſolut. & inſpiſſat. ʒiſ.
Myrrh.
Sarcocoll. à ʒj.
F. l. a. Emplaſtrum.

Vires. *Mundificat vulnera venenata ac fiſtuloſa. Hartm. in pract.*

10. *Emplaſtrum Oppodeldoch, ſecundum Fel. VVürtz.*

℞. Ceræ Virgin. ℔ ij.
Terebinth. ℔. 1.
Ol. commun. ℥ iv.
His liquefactis adde
Succi Chelidon.
Fol. querc.
Alchimill.
Veronic. à ʒiſ.

Coque ad conſumptionem humiditatis, dein admiſce.
Gumm. cum + depurat. & inſpiſſat.
Ammoniac.
Galban.
Opopan. à ʒ vi.
Colophon. ℥iß.
Succin. ℥ß.

Maſtich.

Maſtich.
Myrrh.
Oliban.
Sarcocoll.à ℥iii.
Omnibus benè mixtis & paululum refrigeratis adde agitando
L. Hæmatit. præparat. ℥iß.
Croc.♂℥ij.
♀.℥j.
Tut. præparat. ℥iij.
Lapid.calaminar. ℥x.
Tandem in fine admiſce
Terræ ⊖li edulcoratæ q. ſ.
ad colorem brunnum, i. e. purpureum conciliandum,
F. Emplaſtrum.
*Eaſdem vires ac applicationem cum ſtricto Crollii obtinet.*
N. *Terebinthinam addere præſtat ante pulueres.*

11. *Emplaſtrum Oppodeldoch Paracelſi.*

℞. Gumm.Galban.
Oppopan. à ℥iij.
Ammoniac.
Bdell.à ℥j.
Macerentur per ♂ (8. vel plures) in ✕ cola & inſpiſſa ad conſiſtent. mellis: Cein
℞. Lithargyr.pulu.℔.ſ.( alij ℔.iß.
Ol.commun.℔iſ.
Coque lento △ continuo agitando, donec brunnum ſiue ſpadiceum colorem acquirat: hinc adde
Ceræ ℔.1.
Qua liquefacta,immiſce etiam ſuperiora gummata,& paulo poſt.
Ol.Laurin.℥iij.
Moue diligentiſſimè, donec nimirum omnia exactiſſimè fuerint mixta, remoue ab igne ac adde
Croc.♂
Mum.tranſmar.
Magnet. præparat.
Magiſt. corall.alb.
rubror.à ℥ß.
Lapid.calamin. præp.
Myrrh.rubr.
Thur.maſc.
Maſtich.
Rad.ariſtoloch.rot.à ℥ij.
Hos pulueres infunde pedetentim in liquefactum Emplaſtrum, omnia exactè miſcendo:
Poſtremo
℞. Balſam.ſuccin.ʒj. (ol.craſſioris.
Ol.laurin. ℥j.
Terebinth.℥ß.
M. & liquefac ſeorſim, ſolue in eodem.
Camphoræ ʒj.
& tandem Croc.or. ʒß.
Solutionem hanc ſeorſim factam, cum Emplaſtro calido miſce exactiſſimè, vt fiat Emplaſtrum, quod malaxa oleo hypericonis.
Vires. *Curat omnia vulnera, punctim & cæſim inflicta ſine omni pure. Excreſcentiam carnis impedit, eius tantum, quantum opus eſt producendo. Vlcera antiqua prius mundificata ſimiliter curat.*
N. *Si fortius deſideras & ad ſananda quæuis aſthiomena & corrodentia vlcera proficuum*
℞. Croci metallor.
Colchotar.
☿ii per ſe præcipit.ana q.v.
M. pulueriſando, atque pulueris huius ʒß.miſce ad liquefacti Emplaſtri ℥ß. ſuperaddendo aliquid Terebinthinæ. *Harimann. in Croll. & in Practica.*

12. *Emplaſtram Saturninum expertum à S.Cloſs.*

 ♃ albi

℞ albi plumbi ℥iv.
Cretæ albiſs. ℥ß.
Myrrh. rubr. ℥ij.
Amalgamatis ex part.ij. ☿ & parte vnâ ♄ni, ℥vi.
Axung. verris q.ſ. ad formandum Emplaſtrum in mortario calido.

Vires: *Vlcera calloſa & maligna, imò peſſima vnâ ſola admotione curat, abluendo ea primo (ſi ſordida ſint) aquâ diſſolutionis lapidis Salutis Crollii, mox Empl. in alutâ ſat. ſpiſsè extenſum admoueatur Vlceri, & ſi opus ſit Emplaſtro Diachalciteos contineatur, ſuperinducta faſcia lanea (Gallicè felin) ſatis ſtricta, neque remoueatur ante 15.* ♂.

13. *Emplaſtrum ad Scyrrhos S. Cloſſæi.*

℞ Gumm. carann.
Tacamahac. an. ℥j
Ammon.
Galban. an. ℥ij.
Liquentur in aceto & per linteum colentur, deinde admiſce
Ol. liliorum alb. ℔ß.
Axung. taxi ℥ij. M. & adde
☿ mineral. vel aquilæ alb. dulcificat. ℥.j
Redige ad formam Emplaſtri & adiunge
Lytharg. ſubtiliter pulueris. ℥j.
Rad. elleb. nigr.
Bryon. an. ℥ij. M.

Hoc Empl. omnes tumores contumaciſſimos & crudos vel ſuppurat in partibus ſuppurabilibus, vel ex toto reſoluit, ſi flatus prædominentur.

14. *Emplaſtrum Spleneticum de Cicuta, F. F.*

℞. Cicut. cum toto inciſæ & pulueriſ. ℥ix.
Succ. expreſs. eiuſdem ℥iv.
Ol. cappar. ℥xviii.
Irini ℥vi.
Miſce, digereque in VR per ♂ 4. dein coque. Hinc colentur cum forti expreſſione.
In hac diſſolue:
Ceræ nouæ ℥. ivß.
Gumm. amoniac. in ſucc. cicut. ſol. ℥iß.
M. F. Emplaſtrum.

Vires. *Lienem obſtructum aperit, roborat, duritiem emollit, &c. ſed & ruborem inducit.*

15. *Aliud Empl. Spleneticum Foreſti. Ceratum de Ammoniaco dictum.*

℞. Ammoniac. in + . diſſol. ℥j.
Empl. de melior. an. ℥ß.
Furfur. frument. cribrat. ℥j.
Pulu. rad. Bryon.
Ireos ana ℥ß.
Pingued. anat.
Anſer.
Gallin. à ℥iij.
Bdellij
Galban. à ℥iß.
Ol. irin. ℥i.
Bulliant leniter in mucilaginibus ſem. lini & fœnugr. ã q.ſ. & vt in formam debitam cerati coëant, adde Ceræ ℥ß.
Terebinth. &
Reſin. pini ana ℥iß.
F. Emplaſtr.

Vires. *Plurimum emollit & reſoluit duritiem ſcirrhoſam, eoque nomine arcanum Foreſto fuit. Obſ. l. 20. 12.*

16. *Emplaſtrum Stricticum Crollii.*

℞. Minij
Lap. calaminar. ana ℔ß.
Lithargyr. auri & arg. ana. ℥iij.
Ol. Lini.
Oliuar. ana ℔iſ.
Laurin. ℔ſ.
Ceræ

Colophoniæ ana ℔j.
Vernicis.
Terebinth. ana ℔ſ.
Gumm. Opopanac.
Galban.
Serapin.
Ammoniac.
Bdellij ana ℥iij.
Carabe citrin.
Oliban.
Myrrh. Alexandr.
Aloës epat.
Ariſtoloch. long.
rotund. ana ℥j.
Mum. tranſmarin.
Magnetis.
Hæmatit. ana. ℥iß.
Corall. albor. rubeor.
Matr. perlar.
Sanguin. Draconis.
Terræ medicat. Strigenſ.
Vitrol. alb. ana ℥j.
Fl. Antimon.
Croc. ♂ ana ℥ij.
Camphor. ℥j.

1. Gummata 5. ſoluantur & deputentur ſoluendo in aceto, exprimendo & rurſum inſpiſſando.

N. *Doſis poteſt augeri propter feces adiiciendas.*

2. Oleo lini & oliuarum admiſceatur Lithargyrium vtrumque, coquendo & agitando, donec oleum coloretur, poſtea addatur lapis calaminaris, & paulo poſt, minium. Coquantur ad ſufficientiam (horas duas) cuius proba eſt, ſi ſupra vnguem gutta concreſcat & condenſetur.

3. Tandem addatur circa finem Vernix. Oleum Lauri, cera, colophonia; omnibus benè mixtis & liquefactis affunde ſucceſſiuè gummata liquefacta, diligentique agitatione miſce, idque calore lentiſſimo (caue ne bulliat) poſtea admiſce pulueres; vltimo Camphora reſoluta in oleo Iuniperino addatur.

N. *Si forte nimis durum eſſet, addatur adhuc aliquid ceræ & colophoniæ. (præſtat terebinthina) Proba iuſtæ decoctionis hæc eſt; guttulæ aliquot frigeſcant, (in aquam ſc. frigidam ſtillatæ, vel ſupra tabulam metallicam,) hæ refrigeratæ ſi digitis adhæſerint nimis molles, ſignum eſt imperfectæ coctionis, coquatur igitur vlterius vt dureſcat. Tum affunde in frigidam, ac malaxa bene (hor. 3. vel 4.) manibus inunctis oleo ex chamomelin. roſar. iuniper. lumbricor. hypericon. ana q. v. mixto.*

Vires. *Prodeſt contra inueterata vlcera & vulnera recentia, conſolidando, mundificando, putredinem arcendo. Matureſcere facit apoſtemata cuncta.*

17. *Emplaſtrum Diaſulphur. Rulandi.*

℞. Balſam. ♁ r. Ruland. ℥iij
Ceræ. ℥ß.
Colophon. ℥iij.
Myrrhæ ad pondus omnium.

Omnibus præter myrrham liquefactis & bene commixtis inſpergatur myrrha ſubtiliſſimè trita, lentoque △ coquantur, (¼. horæ) ſemper agitando. Hinc ab igne remoue, agitaque donec refrigeſcant.

Vires. *Curat omnis generis vlcera, Sennert. in Inſtitut.*

18. *Emplaſtrum Stomachicum de Tacamahaca.*

℞ Tacamahac. ℥iii.
Storac. ℥i.
Ambara momentum.

F. Emplaſtr. cum oleo aliquo appropriato v. g. maſtich, &c.

Vires. *Emplaſtrum eſt ſtomacho longe vtiliſſimum, ſiquidem roborat, appeti-*

*tum ciet, concoctionem iuuat, & flatus diſcutit. Monard.*

19. *Emplaſtrum ad Tophos & gummata ♀ ea. S. Cloſſ.*

♃ empl. Opodeldoch Penoti aut Croll. rec. ☿ vulgar. aut ♄ an. part. æqual. Malaxentur ſimul cum pauxillo gumm. guaiac. & ex alutâ nodis admoueantur.

20. *Emplaſtrum Veſicatorium, Clariſſ. D. D. Petri de Spina, pro vſu F. F.*

℞. Cantharid. ſine alis & cap. ʒß.
Myrrh.
Maſtich.
Camphor.
Aſæ fœtid. à ʒß.
Butyr. recent.
Terebinth. lot. à ʒij.
Ol. roſat. ʒiß.
Ceræ. ʒj.
F. ſ. a. Emplaſtrum.

Vires. *Supra corium craſſiuſculè extenſum hor. 8. vel 10. Veſicam excita.*

N. *Vide idem apud Gregor. Horſtium l. 4. obſeru. part. 1. vbi omittere ſuadet Aſam fœtidam.*

21. *De Dropace.*

Ad Emplaſtra pertinent & Dropaces, qui ſunt Emplaſtra, à pice, vt nomen, ita & ſubſtantiam ſortita, licet interdum quoque malagmatis inſtar fiant.

*Modus fiendi.*

Liqua picem, addito tantillo olei, & ſimil. hinc immiſce immiſcenda materialia.

N. *Materialia ſunt piper, pirethrum, roſmarinus, euphorbium, caſtoreum, bitumen, 🜍r, ſal petræ ſal commune, cinis ſarmentorum.*

℞. Picis aridæ ℥i. Olei ʒii. F. Dropax ſimplex.

℞. Picis ℥ii. ol. citon. vel maſtich. ℥ß. M. Confert in vomitione ventriculo impoſitus.

℞. Picis ſiccæ, ceræ nou. ana ℔ſ. axung. ſuillæ ℥vi. 🜍 viv. ℥j. Liquentur in craſſitiem Emplaſtri.

℞. Picis ceræ, colophon. ana ℥iii. ⊖ ℥iß. bitum. ℥i. 🜍 viv. ʒiii. piper. euphorb. ana ʒii. cantharid. ʒß. caſtor. ℥i. F. Dropax.

Vires. *Inſeruiunt Dropaces præcipuè membris calfaciendis, ſanguini alliciendo, & conſequenter atrophiæ emendandæ.*

*Adhibetur calfactus, (deraſis antea capillis) auellitur que antequam omnino refrigeſcat, iterumque calfit & applicatur, idque toties, donec pars rubeſcat.*

## CAP. LIV.

*De Emulſionibus.*

EMulſio, ab emulgendo ſic dicta, eſt medicamentum liquidum lac colore æmulans, ex medulla fructuum, ſeminumue lacteſcentium interueniente liquore appropriato, prolectum.

Exhibent lacteum humorem, amygdalæ, ſem. 4. frig. maior. ſem. papauer. (alb.) portulac. lactuc. card. mariæ, card. benedicti, cannabis, violar. bombacis, Napi, Aquileg. Citri, &c. nuclei pœon. pineæ, piſtacia, perſicarum nuclei.

Lacteæ

Lactex ſubſtantiæ eliciendæ ſatisfacere poterit liquer aqueus quicunque. veruntamen quia intrinſecus emulſiones ferè ſumuntur, gratos adhibere liquores fas erit. Tales ſunt aquæ ſtillatitiæ, aqua fontana,) cum panis fruſtulo decocta) decoctum hordei, glycyrrhizæ, cicerum, C. C. paſſularum, iuiubarum & ſimil.

Quantitas liquoris varia eſt, modo maior, modo minor, prout craſſior, vel dilutior emulſio expetitur. Communiter autem ſumitur, triplum, quadruplum ad decuplum, & vltra.

*Modus fiendi.*

℞. Lacteſcentia, quæ adhibere animus eſt, ( excorticata ſi excorticari poſſint, vt amygd. ſem. frig. mai.) piſta in mortario (præſtat lapideo) ſubinde nonnihil liquoris ( ne attritu pingueſcant) inſtillando, hinc affunde liquoris medietatem circiter, exprime per linteum. Reſiduum, (quia ſubſtantia lacteſcens vix tota vice vna emulgetur,) contunde denuò, ac emulge cum reliquo liquore.

*Vſus. Per ſe propinari poterit, vel & aliis exhibendis inſeruire, vt ſunt potiſſimum pulueres cordiales minerales, vel his ſimilia magiſteria, &c.*

N. 1. *Quod ſi ingrata foret, dulcorari poterit Sacchara, vel rotulis; exempli gratia, manus Chriſti, iulepo violar. roſar. vel ſimil.*

N. 2. *Caue, acida commiſceas, quippe his ſubſtantia lacteſcens ad ſubſidendum prompta eſt.*

Quia emulſiones ex medicaminibus ſunt, quæ facilè corrumpuntur, ex tempore ad præſcriptum parari ſolent.

Sic fit

*Lac, id eſt, Emulſio amygdalarum dulcium.*

℞. Amygd. dulc. excorticar. ℔ß. decoct. hordei menſur. 1. F. emulſio.

*Emulſio nephrocatharctica.*

℞. Sem. violar. purpur. ℥ß. vel ʒvi. cum ▽ veronic. F. emulſio.

*Emulſio ad acrimonaim.*

℞. Amygd. infuſ. in ▽ roſar. ℥ij. Sem. melon. papau. alb. à ʒj. hordei mundi diutiſſimè cocti ℥iij. F. emulſio in ▽ hord. ℔ß. adde Iulep. roſ. ℥ii.

*Emulſio expulſiua.*

℞. Sem. Aquileg.
Napian. ʒii.
Aq. Fumar.
Galeg.
Aquileg. a ℥iß.
F. Emulſio.

Vires. *Valet ad morbillos & exanthemata expellenda.*

N. *Addi poſſunt pro libitu Iuleb violat. ʒß. vt & pulueres appropriati, V. g. C.C. ocul. cancri, &c.*

*Emulſio refrigerans.*

℞. Decoct. C. C. vſti, vel ſi aluus adſtricta ſit. C. C. raſpat. ℔ 1.
Sem. 4. frig. mai. an. ʒiii.
Papau. alb. ℈i.
F. Emulſio.

Vires: *Commoda eſt in febribus, præcipuè epidemiis.*

N. *In pleuriticis affectibus ſoleo admiſcere Aquam papau. errat. ſemenque Cannabis ſeminibus illis frigidis intermiſcere, &c.*

## CAP. LV.

### *De Errhinis.*

ERrhina variis parantur formulis; videl.liquoris extracti, linimenti, pulueris, &c.

Liquores tùm ſimplices adhiberi poſſunt, v.g.ſuccus betæ, maioranæ, rutæ, &c. Tum compoſiti.

*Errhini liquidi formula ſit*

1. *Errh. Cratonis.*

℞. Sem. nigell. 4. diebus in acet.roſ. infuſ.atque pulu. ʒj.
Aqu. maioran. cum ſucc. herbar. expr. ℥iij. M.

*Purgat caput. Crato.*

2. *Errh Montani.*

℞.Succ.bet.recent. iij.
Aqua.maioran.℥ij.
Ol.amygd.℥i.
Miſc.cum brodio pulli.

Vires. *Commendatur admodum ad eliciendos catarrhos per nares. Vſuſque eximij dicitur in tinnitu aurium.*

*Errhinon in formâ pulueris S. Cloſſæi.*

♃ Florum ptarmicæ ʒij.
Bethon.ʒi.
Nicotian.
Rad.angelic.an.ʒiiß.
Transmittantur per ſetaceum addendo.
Scobis ligni S. ʒij.
Cubebar. ʒi.
F.Puluis.

Vires & Doſis: *Huius* ʒi *attrahatur per nares ex tubulo incuruato. Euacuat per nares & os magnam muci liquidi ſaliuæque copiam.*

*Extractum Naſale, P. de Spina.*

℞. Succ.recent.anagall.℥iij.
betæ.
nicotian.fœm.à ℥ij.
betonic.℥iß.
Turpeth.gumm.ʒv.
Agaric. albiſſ.℥ij.

Infundantur in ſ.q. aqu. ſcabioſæ; digerantarque in vaſe clauſo ♂ (8) Hinc decantetur, abſtrahaturque ad conſiſtentiam extracti mollioris.

Vires. *Potentiſſimè educit pituitam; & humores ſalſos à capite per nares; catarrhoſque ad fauces & pulmones deſtillantes ad nares diuertit, parum naribus inditum.*

*Linimenta, vide infra de vnguentis.*

# CAP. LVI.

*De Epithematis.*

EPithema etſi etymologicè 'omne id ſonat, quod parti alicui imponitur, ſiue liquidum id ſit, ſiue durum: attamen in praxi denotat recentioribus (veteribus enim malagmata, vnguentaque notabat, mediæ corporis regioni accommodata) medicamentum liquidum, quod ſpongiâ, panno, linteo, ſtupa ſuſceptum parti alicui imponitur.

Fiunt Epithemata ex ▽ ſtillatitiis, ſuccis, decoctis, emulſionibus, aliiſque liquoribus conuenientibus, ſiue ſolis, ſiue cum pulueribus, ſpeciebus, electuariis, & ſimilib. commixtis.

N. *Penetrationis ergo additur nonnunquam aliquid vini odoriferi, aceti, ſpirituum ſeu aquarum ſpirituoſarum.*

Proportio { Liquor. ℔ß. / Puluer. ʒj. ad ℥ß. & vltra) / Vini vel ſpiritus ℥j. plus minus.

Adhibentur ferè tepidè, præcipuè capiti & cordi; artub. v. etiam frigidè applicari poſſunt.

Epithemata in officinis parata nulla extant, ſed ex tempore miſcentur, cuius rei gratia ſpecies certæ in promptu haberi ſolent.

Vt

Species pro Epithemate Cordis, quibus & alias ſubſtituere licet Epatis.

*Exempla erunt.*

1. *Epithema Cordiale.*

℞. Aqu. Roſar. IV.
Nymphcæ
Violar. à ℥ij.
Bugloſſ.
Meliſſ. à ℥ß.
Vini alb. odorif. ℥j.
Pulu. ſem. acetoſ.
Corall. rubr. præparat.
Santal. citrini.
albi à ʒß.
Cort. citri. ℈j.
Croc. ℈ß.
M. fiat Epithema.

Vires. *Cordi refrigerium adfert, ſyncope correptos excitat, panno ſcarlato ſuſceptum, cordiſque regioni tepidè impoſitum.*

*II. Epithema Epaticum.*

℞. Aqu. portulac.
Roſar.
Plantag.
Acetoſ.
Intyb. à ℥IV.
Sem. portulac.
acetoſ.
Endiu. à ʒj.
Troch. de camphor.
Santal. citr. à ℈ij.
Aceti parum.
M. F. Epithema.

Vires. *Epatis & ſanguinis æſtum demulcet, & hinc ſiſtit hæmorrhagiam narium Epati tepidè impoſitum.*

*III. Epithema in febribus malignis.*

℞. Aqu. Roſar.
Sambuc.
Lactuc.à ℥iß.
Acet. roſac.
rutac.ana ℥iß.
Spec.Diatr.Santal. i.
præparat. ʒi.
Theriac.Andr. ℥iß.
Croci ℈ß.

M. F. Epithema, cui & tantillum camphoræ admiſceri poterit.

Vires. *Carpis & fronti applicatum æſtum febrilem mirum in modum, in febribus malignis præcipuè mitigat, Cephalalgiam lenit, ſomnum conciliat.*

---

## CAP. LVII.

### *De Extractis, ac* 1. *de Menſtruis.*

EXtractum campus latiſſimus eſt, fieri nimirum poſſunt ex *mineralibus, vegetabilibus ac animalibus.*

Liquor, cuius beneficio extracta fiunt, [menſtruum vulgò dici ſolet] varius occurrit. Spiritus vini, ſpiritus iuniperi, ſpiritus mellis, ſpiritus Terebinthinæ, Vinum, Hydromel, ſerum lactis, ros maialis, vti & huius ſpiritus acetum deſtillatum, ∇ ſtillaritia, (ſiue ex aqua fontana pluuialiue, ſiue ex vegetabili vno, aut pluribus, & ſimil. elicita illa ſit, Nec enim quiuis humor, cuiuis extractioni conuenit, ſed certus certæ; ſulphureus ſulphureæ, ſalinus ſalinæ, &c.

Inter alia autem menſtrua famoſiſſima ſunt. 1. 🜈i. 2. ∇ vitæ ♃ ſata Quercetani. 3. ∇ temperata Baſilii. 4. Acetum Philoſophicum Quercetani. 5. Menſtruum vniuerſale, aqua cælica Lullii dicta, de quibus paucis diſſerere placet.

#### 1. *Spiritus Vini.*

Spiritus Vini menſtruum adeo famoſum eſt, vt quoque catolicum nonnullis dicatur. Adhiberi ſolet, vbi ſimpliciter menſtrui mentio facta fuerit. Verum enim vero, num in extractione purgantium commodè adhibeatur, non immeritò dubitatur: anſam dubitandi præbet natura illius ſulphurea, quæ parti ſalinæ extrahendæ, quali purgatrix facultas inhæret, minus commoda eſt: Rationi huic adſtipulatur experientia, qua conſtat, vim purgaticem, quam 🜈 intactam reliquit, poſtmodum alij paruiſſe menſtruo. Ea propter cum ſatis ſuperfluat copioſa menſtruorum ſuppetat, quæ non modò minus ſunt laborioſa ac minus precioſa, ſed & purgantibus qualitatibus extrahendis commodiora, ſatius erit loco 🜈 laborioſi ac precioſi aliud quoddam menſtruum eligere, e. gr. aquam deſtillatam conuenientem.

*Adhibetur* 🜈 tùm ſimplex, tùm acuatus, *vide lib.* 4.

N. *Sunt qui* 🜈 *crebris deſtillationibus per ſerpentinas, id eſt, ſerpentales canales deſtillatum & in ſubſtantiam pinguem redactum, circulatum maius Paracelſi eſſe volunt, ſed malè.*

#### 2. ∇ *vitæ* ♃ *ſata Quercetani.*

Quercetanus inter Medicos Hermeticos haud poſtremus, peculiaria prædicat menſtrua,

menſtrua, quæ tamen ſibimet reſeruauit. Inter hæc ſunt ▽ vitæ tartariſata ac acetum philoſophicum. De ▽ vitæ 🜿ſata in *Pharmacop. reſtit. capite 26. Hactenus*, inquit, *ha d. ldubiè animaduertiſti in variis einſmodi purgantibus Extractis, varia quoque menſtrua & diſſoluentia, apta tamen & congrua à nobis vſurpari & quarum magni & egregij effectus abundè ſatis patebunt. Sed verus & peritus Chymicus qui ingenioſa quadam arte & induſtria ſciuerit præparare ▽ m vitæ tartariſatam, huiuſque perfectam cognitionem adeptus fuerit, is poterit inde eruere diſſoluens quoddam ſiue menſtruum generale, quo extrahet Eſſentias omnium rerum purgantium, radicum, foliorum, herbarum, ſeminum, fructuum & gorum; is inquam verè gloriari poterit, de ſummo & elegantiſſimo naturæ myſterio, de quo non licet plura addere, ne iuſtam doctorum iram & reprehenſionem incurram, &c.* Hæc Quercetanus de ſua ▽ vitæ tartariſata, cuius præparationem nullibi expreſſe tradidit, niſi intellectam velis ▽ vitæ ex hydromelito 🜿ſato prolectam, de qua in Pharmacop. cap. de Hydromel. hec habet: *Ex commemorato maluatico Vino noſtro artificiali* (i. e. ex hydromelite.) *extrahitur præſtantiſſima ▽ vitæ, vino longè accommodatior ad eliciendas rerum eſſentias.* Sit vt ſit, parum cedere videtur, niſi protſus eadem ſit (vt multi opinantur,) ea, ſcil. quam dabimus *l. 4. Cl. 2. de Vino.*

3. *Aqua temperata Baſilij.*

Occurrit itidem de menſtruo hoc Baſiliano varietas non parua. In hoc tamen conueniunt omnes, quod ex Vi originem trahat, quem alii acuunt ſale communi, alii ſale ſarmentorum, alii ſpiritu ſalis, de quibus plenius lib. 4. de Vino.

4. *Acetum Philoſophicum Quercetani.*

Aceti ſui Philoſophici crebrò meminit Quercetanus, eique primas inter aceta tribuit. Verum adeo ænigmaticas illius reliquit deſcriptiones, vt mentem genuinam vix aſſequi liceat. *Acetum Philoſophicum*, inquit, (in tetrad. de antidot. ζωτιῶ.) *ex acido liquore roris ſeu mannæ cæleſtis, cum eadem met minera per digeſtiones, & fermentationes Philoſophicas fit & præparatur*, & paulo poſt, *componimus & conficimus*, inquit; (*acetum Philoſoph.*) *ex mixtione & conuenienti proportione, fermentatione ac vnione aëreæ aciditatis animalis & mercurialis acoris aquei, cum vegetabili terreſtri.* Hæ ſunt deſcriptiones à Quercetano relictæ quarum obſcuritas diuerſas peperit interpretationes, adeoque diuerſas aceti illius præparationes. Libavio fit ex rore martio & manna: aliis fit, ex mellis & ſalis liquefacti an ℔. 1. ✕ ℔. ii. quæ digeſta ſimul deſtillantur cum rectificatione aliquoties reiterata. Modum vtrumque etſi non penitus reiiciam, attamen neuter mentem Authoris ſatis explicaſſe videtur. Nimirum ſecundum hunc acetum philoſophicum fieri colligitur, ex aceto hydromelitis vinoſi, & ſale 🜿i, vel proprio ſale. Etenim mel quid aliud eſt, quam ros ſeu manna cœleſtis, induſtria apum (vnde & animale audit) congeſtum? Hinc ipſemet Quercetanus reiectis aliis acetis, verbi gratia, è vino & ſimil. vtpote quæ ad ſolutionem & extractionem rerum metallicarum inidonea ſint. præfert aceta hydromelitum vinoſorum, ſcil. quæ cum manna cœleſti. naturam animalem percurrerunt. & præter vegetalem induerunt. *Vide Tetrad. pag. mihi 406.*

Idem Quercet. *in Pharmacop. reſtit.* vbi in deſcriptione theriacæ de melle agit, Mel produci & elaborari ait ab apibus, quæ ſolummodo paſcuntur manna cœleſti, & ex floribus odoriferis ſuauiſſimis & delicatiſſimis ſuccis alimentum exſugunt.

Per terreſtre vegetabile Vini tartarum intelligi ex eo liquet, quod vinum omnium vegetabilium nobiliſſimum facit, adeoque κατ᾽ ἐξοχὴν vegetabile vocari ait.

5. *Menſtruum Vniuerſale.*

De Menſtruo vniuerſali ſatius eſſe duco tacuiſſe, quam aliquid incerti tradidiſſe: Veruntamen non poſſum quin moneam, poſthabitis rebus particularibus, ad ſubiectum vniuerſale eſſe aſpirandum, idque quærendum, non quale pedibus calcatur, ſed quatenus Veſta ea eſt nitidiſſima, id eſt, tartarea veſte inuoluta.

*Modus parandi Extracta.*

℞. Materiæ, ex qua Extractum parare libet, q.v. para ad infuſionem groſsè pulueriſando, ſcilicet incidendo, radendo, & ſimil. hinc affunde menſtruum, ( exempli gratia 🜈 ) vt ſupereminеat digit. ( 2. 3. 4. ) repone in teporem, (MF, cineris, fimi, &c.) extraheque ſ.a. Tādem depletiones omnes confunde & abſtrahe l. ▽. (exempli gratia MB.) ad conſiſtentiam debitam.

N. 1. *Extracta cum menſtruis nondum abſtractis, confuſa, Tincturæ dicuntur.*

N. 2. *Crebriora fiunt huiuſce Extracta ex purgantibus, rariora ex alterantibus, quippe horum ſucci loco ac titulo Extractorum, Eſſentiarúmue fere aſſeruari ſolent.*

*Sic parantur Extracta:*

Ex MINERALIBVS, modo iam deſcripto, vti patet, *lib. 3.*

N. *Extracta mineralium pleraque Tincturæ nomen retinent, de quibus infra.*

Ex VEGETABILIBVS, ſcil. 1. *ex herbis*, 2. *floribus*, 3. *ſeminibus*, 4. *fructibus*, 5. *radicibus*, 6. *lignis & corticibus*, 7. *aromatibus, hinc* 8. *ex reſinis*, 9. *ex gummatis.*

*I. Herbarum* Extracta ſunt rara, quippe [vti dictum], ſucci eorum loco proſtant. Fieri tamen poſſunt.

1. Modo generaliter dato, ex herbis, ſcil. ſiccis.

2. Ex ſuccis inſpiſſatis (ſi ſubtiliora Extracta expetis, ) cum ∇ ſua propria dephlegmata (ſpiritu) quod Extr. dein filtrandum & ad conſiſtentiam redigendum.

3. Quercetanus. ℞. Herbas virides, conquaſſat, elicitque ▽m leniter deſtillando VB. Fecibus omnino ſiccis, (nihil tamen aduſtionis redolentibus,) & in puluerem groſſum redactis, affundit ▽ illam deſtillatam, extrahitque ſ.a.

*II. Florum* Extracta in ſpecie ſic dicta, rara itidem ſunt. Succi e contra expreſſi inſpiſſatique ( qui communiter Extractorum ac Eſſentiarum nomine veniunt) crebriores; de quibus in ſuccis agitur.

*Extracta prioris generis fiunt.*

℞. Flores vel gemmas (e.gr. hypericonis) incide ac affunde 🜈 rectific. vt vndique madefiant, macera (♂ 8.) dein exprime. Expreſſionem purifica per digeſtionem ac ſubſidentiam (non cum albumine oui, quod in omnibus tincturis, in quibus aliquid reſinæ latitat, benè notandum.) Partem puriorem à fecibus decanta;

decanta; ∇m deſtillando abſtrahe; remanentemque tincturam coagula ac ſerua. Sic paratum vſuale eſt Extractum, ſeu Eſſentia Croci, quæ nonnunquam Tincturæ titulo venit.

N. *Fieri itidem poſſunt cum aquis propriis, vel alienis, conuenientibus tamen, præcipuè ſi acidulæ eæ fuerint redditæ guttulis aliquot ſpiritus 🜍 is, vel Vitrioli.*

*III. Seminum* Extracta eodem cum reliquis parantur modo, beneficio ∇.

*IV. Fructuum* Extracta (propriè ſic dicta,) rariora itidem ſunt, crebriores ſucci inſpiſſati, quæ veneunt nomine ſaparum, rob. mellium & ſuccorum. Fieri nihilominus quoq; poſſunt ex fructibus ſiccatis per ∇, vel quod melius, cum ſua propria Aqua vitæ, (ſpiritu) quæ poſtmodum abſtrahitur relicto Extracto in conſiſtentia mellis. *Quercetanus in Pharmac. reſt.* Sic fiunt Extractum baccar. iuniperi baccar. lauri. Vide & Tincturas.

*V. Radicum* Extracta vſualia pleraque ſunt ſucci. Sufficit enim ſi ſuccolentæ eæ ſunt, faciliorisque expreſſionis, (non mucilaginoſæ) ſolummodo coquere, exprimere ac inſpiſſare. Nihilominus tamen parari quoque poſſunt extracta ſubtiliora, nimirum

1. Ex radicibus minus ſucculentis, modo generaliter dato cum ∇ parantur.

N. *Quercetanus in Extractis bezoardicis parandis adhibet ſpiritum iuniperi, abſtractamque ∇m (in inſpiſſatione) reſeruat pro vſu ibidem bezoardico.*

Sic fiunt, Extracta Angelic. Ariſtoloch. Enulæ, Gentian. (cuius ſuccus magis vſualis eſt) Imperatoriæ, Pœoniæ, Tormentillæ, Zedoariæ.

2. Ex radicibus ſucculentis ac mucilaginoſis, fit 1. Succus inſpiſſatus, hinc ex ſucco ſeu mucilagine inſpiſſata, l.a. cum ∇ extractum conſit. Sic paratur Extractum Symphyti.

3. Huc referre licet & ſuccos qui digeſtione rubicundiores euaſerunt, ideoque ſanguinis titulum nacti ſunt, vel Mumiæ.

℞. Radicem ſucculentam quamcunque vis, purifica optimè, contunde ac exprime ſuccum; hunc in phiola digere calore MB, donec in rubeum conuertatur colorem. Materiâ in rubedinem conuerſa, omnique hypoſtaſi ſiue craſſamento ab ea ſeparato, ſeparetur liquor, qui colore albo inde deſtillabitur, extracto in fundo remanente ſub forma ſapæ rubicundæ. *Quercetanus in Pharmac. reſtitut. c.* 26. Sic fit Extractum ex radice Hyoſcyami, cuius vſus eſt in anodyni cuiuſdam & laudani compoſitione. Sic paratur & Extractum Eſulæ.

N. *Ex radice Symphyti & Satyrij ſimili ferè modo, Extracta ſanguinea, ſeu ſanguines eliciuntur. Nimirum pulpæ illarum cum pane ac vino vel Sp. vini digerantur, defecentur ac inſpiſſentur. Verum enimvero non Extracta ſed ſucci ſc. propriè dicendi ſunt. Vide ſuis locis libr.* 4.

*VI. Lignorum & Corticum* lignoſorum Extracta, duplicis generis ferè acquiri poſſunt, Viſcoſum ſcil. ac Reſinoſum.

Viſcoſum, quia naturæ eſt aqueæ, nihil aliud eſt quam ſuccus inſpiſſatus, ea propter & menſtruo paret aqueo, coctioneque interueniente facilimè elicitur.

Reſinoſum (reſina, gummi alias) ſul-

phureo felicius obedit menſtruo in quo excellit 🜈, quem aquæ admiſcere fas eſt.

*Modus eliciendi extracta reſinoſa ſeu Gummata.*

℞. Raſuc. ligni (v.g. Guajaci) q.v. (℔. 7. 8.) affunde 🜈 optimum, (ex vino, fecibus vini, vel hydromelite vinoſo,) digere vitro clauſo 🝫 dies (12. 15.) & rubeſcet; deinde exprime fortiſſime, vt egrediatur quoque liquor ſpiſſus rubicundus & oleaginoſus. Hinc fiat abſtractio, donec materia in fundo maneat, in conſiſtentia mellis, bulliendoque bullas emittat, non ſecus ac mel ipſum. Tunc calentem materiam effunde in ∇ frigidam, & coagulabitur inſtar aloës, aut gummi rubei. *Quercetan. Pharmacop. reſtit. cap. 26.*

N. 1. *In conficiendis huiuſce generis extractis, non incongruè loco* 🜈 *i adhibere quoque licet hydromel quoddam vinoſum, aut* ∇*as ſtillat. conuenientes, v.gr.* ∇*. ulmariæ, cardui benedicti, fumariæ, & ſimilium, quas tamen accidulas reddere oportet cum ſucco Limonum aut ſimili. Quinimo & ſola fontana, interueniente ſufficienti coctione reſinoſum extractum elicere potis eſt.*

N. 2. *Idem Extractum cum* 🜈 *i rectificatiſſ. allectum, præcipitatur nonnunquam affuſione* ∇*æ, diciturque Magiſterium; vt Magiſterium Cinamomi, Ialappæ, &c.*

*Extracta Viſcoſa.*

℞. Raſuram ligni q. v. coque cum aqua quam ſufficienter, hinc exprime, clarifica & inſpiſſa q.ſ.

*VII. Aromatum* Extracta vt eo promptius obediant 🜈 nonnihil addere conuenit, v.g. ℞. Caryophyllor. groſsè contuſ. ℥ij. ∇ ſtill. ℥xii 🜈 ℥iv. macera vaſe clauſo. Dein exprime, clarifica per digeſtionem, abſtrahe aliquantulum in 🝬 (ob ſpiritum qui primum extillat,) reliquũ euaporare ſine ad conſiſtentiam debitam. Eodem modo fieri poſſunt & Extracta ex aliis aromatibus. v. g. ex calamo aromatico, cardamomo, cubebis, cinamomo, &c.

*VIII Reſinarum* extractio non niſi depuratio eſt, qua Reſinæ in 🜈 rectificatiſſimo ſoluuntur, colantur, ac demum abſtracto 🜈 inſpiſſantur, vel affuſa aqua, quâ ſulphurea 🜈 natura diluitur ac debilitatur, præcipitantur. Et hæc nonnunquam titulo Magiſterij veniunt, aut Reſinæ, exempli gr. Reſina vel Magiſterium ſcammonij, & ſimil.

*IX. Gummatum* Extracta ſunt portiones gummatum, tùm viſcoſæ, tùm reſinoſæ ab inuicem ſcil. ſeparatæ. Conuenit igitur hæc ſeparatio, iis ſolum, quæ parte viſcoſâ ac mucilaginosâ ſimul conſtant, vt ferulacea; ſicque. ℞. Gummi aliquod ferulaceum, ſolue lento calore (præſtat in cucurbita cæco alembico occluſa, vel vaſe ſimili,) ſolutum ac depuratum, repone aliquot diebus, & ſubſidebit pars reſinoſa. Hinc decantetur liquor turbidus (à reſinoſa parte ſubſidente) clarificeturque (ſi opus) depurando cum albumine oui, vel per linteum colando, vt clarus euadat; dehinc inſpiſſetur leniſſimo calore 🝫. Sic habes viſcum, i. e. Extractum viſcoſum.

Reſinoſa illa ſubſidentia lento quoque calore exiccata, exhibet reſinam, i.e. reſinoſum Extractum.

*N. Extrahit quoque Reſinam* 🜈 *rectificatiſſimus.*

In ANIMALIVM familia Extracta ſuppeditare poſſunt partes carnoſæ, quæque his aſſimilatæ membranoſæ, v.gr.

v.gr. Matrix. Hinc ſtercora, fella, oſſa, cornua.

*Ex carnibus* carnoſiſque partibus fieri poſſunt Extracta, ſi loræ exiccentur atque cum, vel ſimili appropriato ſpiritu extrahantur, poſtmodumque ad conſiſtentiam debitam inſpiſſentur.

N. 1. *Præſtat, ſi primum antequam exiccantur, in* 🜄 *myrrhâ eſſentificato, aliquos* ♂ *macerentur. Vide Extractum ſplenis bouis, libr. 5. Item Extractum muniæ humanæ, libr. 5.*

N. *Quercet. Pharmac reſt. cap. 29. inſpiſſat decocta, additque appropriata, (vide ſupra in decoctis) atque ita Extracta carroſa parat.*

*Ex ſtercoribus animalium* ſi qua Extracta parare animus ſit, per 🜄 id optimè perficies, quippe hic fœtorem corrigit.

*Ex fellibus.* ℞. Fella exiccata, extrahe cum 🜄. *vide in Boue lib. 5.*

*Ex oſſibus.* ℞. Oſſa (v.gr. 2. vel 3. crania recentia) tere craſſo modo, affundeque aquam vitæ, [iuniperi ſeu ſaluiæ,] vt (dig. 4. 5.) ſupernatet, digere vaſe acurratiſſimè clauſo, (♂ 12.) poſt coletur & exprimatur fortiſſimè. Sic liquor exibit rubicundus inſtar ſanguinis, qui oleoſus & reſinoſus erit. Iterum affundatur fecibus nouum menſtruum, digerendo, (♂ 4. vel 5.) cola & exprime. Expreſſos liquores deſtilla in alembico, donec remaneat Extractum in forma Sapæ. *Quercet.*

N. *Digeri & depurari poterit.*

*E cornibus.* Extracta cornuum fiunt è teneris (ceruorum) cornibus, vel è cornibus etiam induratis, ſed adhuc recentibus, mediante itidem 🜄 vitæ appropriata, quæ accidula prius reddita ſit cum liquore 🜍 is accidulo. *Querc. Pharmac. reſt. cap. 26.*

N. *Extracta in Syrupos rediguntur, addendo poſt clarificationem Syrup. pomor. redolent. vel roſar. pallidar. vel Cinamom. In puluerem verò per frequentem cohobationem cum aqua propria, & lentam exiccationem.*

*EXTRACTA vſitatiora ALTERANTIA.*

1. *Alterantia ſimplicia.*

Abſynthii
Acori
Agallochi, ſ. Ligni Aloës.
Angelicæ rad.
Ariſtoloch. rot. rad.
Card. benedict.
Caryophyllor.
Caſtorei.
Centaur. min.
Chelidonij maior.
Croci.
Cubebar.
Dictamn. ſ. fraxinellæ.
Enulæ c.
Galangæ.
Gentianæ.
Guajac.
Imperator. rad.
Meliſſæ.
Menthæ.
Majoranæ.
Myrrh.
Petaſitid.
Pœon.
Rutæ.
Sabinæ.
Satyrij rad.
Scabioſæ.
Scordij.
Symphyt.
Tormentill.
Valerian.
Zedoar.
Zinziber.

2. Alte

2. *Alterantia Compoſita.*

Extr. Laudanum opiatum, cum & ſine Moſcho & Ambra, *vid. lib.* 4.
Bezoardicum Quer. N. 1.
Chalybeatum. 2.
Hyſtericum. 3.
Matricale S. Cloſſ. 4.
Peſtilentiale. 5. 6.
Pulmonum. 7.
Satyrij compoſ. 8.
Theriacæ. 9.
Theriaca benedicta. 10.
Theriaca cæleſtis. 11.
Vterinũ Mynſichti. 12.

1. *Extractum Bezoardicum Querceta- ni, pro Laudano ſuo.*

℞. Rad. Angelic.
Zedoar.
Galang.
Tormentill.
Cort. citri.
Lign. Aloës.
Santal. rubr.
citrin. à ℥j.
Gran. Alkerm.
Dictamn.
Spic. nard.
Garyophyll.
Nuc. moſchat.
Macis.
Cinamom.
Been alb.
rubr. à ℥iß.
Camphor. ʒj.
F. Extractio cum ▽ vitæ Iuni- perina.

Vires. *Eximiarum eſt Virium in ar- cendo Veneno, morbiſque contagioſis, qua- lis peſtis, febres malignæ.*

2. *Extractum Chalybeatum magnum.*

℞. Limat. Chalyb. præp. ℥iij.
Rad. Ireos fl. ʒj.
Bugloſſ. ſylu.
Cyclamin.
Eryng.
Bryon.
Zingib. an. ʒß.
Fol. Ceterach.
Ling. ceruin.
Betonic.
Rut.
Chamædr.
Chamæpit.
Agrimon.
Calamenth. a. g. xv.
Spic. indic.
Croc. or. an. g. v.
Cort. fraxin.
Rad. Capp.
Fag.
Salic.
Coſt. dulc. an. ℈j.
Viſc. quern. ʒj.
Cinamom. ʒß.
Sem. Ameos.
Cardamom.
Cumin. acet macerat.
Coriandr. præp.
Agni caſt.
Melanth.
Petroſelin.
Portulac. an. ʒß.
Siler. mont. ʒj.
Galang.
Caryophyll.
Macis.
Xylaloës.
Zedoar.
Doronic.
Gentian. an. g. xv.

Inciſa & contuſa groſſo modo infundantur in ſ. q. ▽. & f. l. a. Extra- ctum.

Vires: *Magnas vires obtinet in ape- riendis obſtructionibus præſertim lienis, Epatis, vteri ac Meſenterij, adeoque morbis*

*morbis inde natis ſubuenit.*

3. *Extractum hyſtericum.*

℞.Succi. Sauin.
Centaur. min.
Matricar.
Arthemiſ.
Fol Meliſs.
Flor.Calendul.a. MB.
Rad. *Angeliç.*
*Filicis.*
Ariſtoloch. rot.a. ℥ß.

F. Extractio cum aqua Meliſs. ac Sabinæ addendo Sal. 🜿. tantillum, Tinctura inſpiſſetur.

℞. Huius Extracti ℥ij.
Extract.Myrrh. ʒj
Croc. ʒß.
Caſtor. ℈ß.
Borrac. ʒij.
Fecul.Bryon. ʒiiſ.

F. Maſſa.

Vires: *Menſes obſtructos reſerat, vterinaſque paſſiones diſcutit.*

*Doſis* ℈ß.

N. *Aquailla abſtracta itidem magnas ſuppetias ferre potis eſt in iiſdem affectibus.*

4. *Extractum Matricale S. Cloſſai.*

♃ extracti lienis bouis
Puleg.regal. &
Croci cum 🜈 parati ℥ij.
Myrrh. in aq.rut. murar. cum ſpiritu 🜖 acida, diſſolut. ʒij.
Extract.cort.arant. & citri ʒiij
Fœcul bryon. ℥ß.
Camphor. ♎atæ cum 🜈 præmisſâ digeſtione eiusdemque abſtractione in ⊥E ℈iM.

Vires. *Huius portio ad piſi magnitudinem diſſoluatur in Aquâ aliqua hyſtericâ & exhibeatur.*

5. *Extractum peſtilentiale.*

℞.Rad.Angelic.
Olſnit.
Imperator.
Zedoar.
Vincetoxic. à ℥ß.
Tormentill.
Gentian.
Petaſit.
Succiſ.
Pimpinell.à ℥j.
Sem. Leuiſtic. ʒiij.
Angelic.
Meliſs. à ʒij.
Sem. Citr. ʒi.
Gran.Iuniper.M. ij.
Fol. Veronic.
Meliſs.
Arthemiſ.
Scord.
Galeg.
Scabioſ.
Card.bened. Miß.
Fl.Hyperic.M. 1.

F. Extr. cum 🜈. & inſpiſſetur.

Vires. *Maximarum eſt virtutum in arcendo aëre peſtilentiali, eodemque morbo & ſimilib. malignis affectibus curandis & præcauendis. Sudorem monet.*

*Doſis à* ℈j. *ad* ℈ij. *&c.*

6. *Extractum peſtilentiale Tychoni de Brahe.*

1. ℞. Teriac. Androm. veter. ℔. 1. Extrahe Tincturam cum 🜈 rectificatiſs. ad ſuperemin. palme affuſo, Vaſe bene clauſo, Effuſiones filtra & abſtrahe l. △ ad conſiſtentiam mellis.

2. Fiant flores 🜍is ſimplices ter per ſe & quarto ex Aloë, Myrrha & Croco ſemel leniter eleuati.

℞. Horum ℥ıv.
Ol Iuniper. è bacc. rectific. ad eminent. digit. 4.

N. *Poteſt etiam addi olei ſuccin. rectificati pars quarta, ſic melius.*

Stent in digeſtione tepidâ & impregnabitur oleum tinctura 🜍is rubicundâ, effunde, ac ſi libet filtra. Itaque

℞. Extract. Theriac. part. XII.
Balſ. illius 🜍is. part. I.

Addendo ſi libet nonnihil Extract. rad. Angelic. Nag. Succin alb. & Sal. Abſynth. vt & aliquantulum de Spiritu illo theriacali abſtracto, digerantur (d. 8.) Hinc fiat ſeparatio ad conſiſtentiam mellis.

*Summum eſt curatiuum peſtis. Doſis g. viij. x. xij. &c. In aqua appropriata ſtatim ab initio morbi aſſumpt. vt ſudorem cieat. Præſeruationis vice aſſumi poterunt quotidie mane g. ij. vel iij.*

N. *Poteſt vlterius exaltari per additionem Tincturæ Corallorum, Sapphyr. Hyacynth. & Margarit.*

*Quinimo vt vniuerſalius inde medicamen exurgat, acui poteſt tantillo florum reguli ♂ialis diuturnam reuerberationem rubificatorum. Vide lilium Theophr.*

Deſcriptionem hanc Rudolpho Imperatori ſubmiſsè communicauit Tycho Brahe.

Ex communicatione D. Iohan. VValtheri *Held.*

7. *Extractum Pulmonum.*

℞. Pulmon. Vulpis, incide in fruſta minutiſſima, ac adde
Herb. Veronic.
Hyſſop.
Scabioſ. ana. MB.
Sem. Aniſ.
Fœnic. ana ℥j.

Coque in phiala capaci benè occluſa in MB. feruenti horas 7. vel 8. donec pulmones in liquorem redacti fuerint. Hinc cola, colaturamque inſpiſſa l. a. addendo Sacchari q. libet, ad conſiſtentiam extracti.

Vires. *Imbecillitati ac affectibus pulmonum confert.*

N. 1. *Eodem modo fieri quoque poſſunt Extracta Epatis, Splenis, & ſimilium, ex Decoctis ſupra è Quercetano allatis.*

N. 2. *Præſtat modus quem ſupra generaliter dedimus.*

8. *Extractum Satyrii compoſitum.*

℞. Extract. Satyr. ſimpl. ℔ß.
Sal. margarit. ℥ß.
Ol. nuciſt. ſtill.
Aniſ.
Cinamom. an. ʒß.

Vires. *Impotentibus ſuccurrit. Doſis gutt. aliquot. ad 20.*

N. *Extract. ſimpl.* ʒ.I.4.

9. *Extractum Theriacæ ſeu Eſſentiæ.*
*Theriacæ ſimplex & alcoliſata*

℞. Theriac. Androm. opt. extrahe ſ. a. tincturam cum ▽ vitæ iuniperina, vel ▽ ex tophis ceruinis, vel ſimili ▽ bezoardica ſiue theriacali. Decantatas tincturas deſtilla ad remanentiam Eſſentiæ Theriacæ in conſiſtentia mellis, quam ſerua pro vſu, titulo Extracti theriacæ ſimplicis, vel adde ſal ex incinerata remanentia elixiuiatum, ſub nomine Extracti ſ. Eſſentiæ Theriacę alcoliſatæ.

N. *De hoc Theriacæ & ſimilibus Extractis, duo quæ moneam, habeo.*

*Primum ſuggerit ingredientium diuerſitas, quâ vix credibile eſt, ſingulorum Eſſentias æque vni ſoli menſtruo parere. Nec eſt quod oggerant, fermentando cuncta in vnam naturam coaluiſſe: Dubium enim haud leue, vtrum fermentando natura rerum adeo immutari poſſit, vt quæ antea menſtruum reum prorſus reſpuebant*

*reſpuebant, facta fermentatione idipſum amicè amplectantur.*

*Secundum, quod monere duxi, ipſamet præbet fermentatio, quippe quæ potiſſimam rerum fermentabilium partem in Q.E. exaltat, id eſt, volatiliſat, ſpiritualem ac volatilem reddit. Exemplo ſint Vinum, Cereuiſia, ſucci fructuum fermentati, & ſimilia, Eapropter cum Tinctura deſtillationi ſubmittatur, qua volatilior pars abſtrahitur, quis infringet Extractum in fundo deſtillatorij remanens, potiſſima ſua parte eſſe exutum.*

*Vt has difficultates euitent, ſunt qui ſpecies ſeorſim menſtruis idoneis extrahunt, atque Extracta poſtmodum coniungunt. Verũ enim vero, nec hi ad metam ad quam collimant, pertingere videntur. Etenim compoſitionem Theriacæ ſubeunt non pauca naturæ aromaticæ, ſubtilioris, tenuioris, volatilioris, &c. Quæ facultates ad Theriacæ conſtitutionẽ nõ minus neceſſariæ ſunt, quam reliquæ in ſubſtantia minus volatili reſidentes. Idcirco, cum volatiles illi ſpiritus à fixioribus in inſpiſſatione ſeparentur, operationẽ Theriacæ integram in Extracto hoc quis ſibi ſpondebit? Adde quod hac ratione nonnullorum ingredientium ferocia, quæ alias fermentando in Theriaca cicuratur, indomita maneat, imo vires ſuas exerere aptior euadat. Præſtat itaque Theriacam in ſua propria ſubſtantia adhibere, quam laborioſa hac extractione operam perdere. Id quod de aliis quoque, exempli gratia, pilularum quarundam Extractis cenſendum.*

*Verum enim vero, non ſimpliciter Theriacæ Extracta improbata velim, præcipuè ſi ſpirituoſiores ſeu oleoſiores partes interueniente præcipitatione ſint reſeruatæ. Qua in re non poſſum, quin induſtriã commendem Chymici ſolertiſſimi Friderici Greiffen Pharmacopæi apud Tubingenſes celeberrimi, Amici mei honorandi, qui imperfectionem præparationum harundem perpendens, perfectiorem, non ita pridem in decade ſua nobiſſimorum medicamentorum, Iuris publici fecit, vnde*

10. *Theriaca Benedicta Quercetani aucta & correcta.*

1. *Soluenda.*

℞. Troch. ſcyllit. Quercetan. ʒvi.
de Viper. Venetian.
Eſſ. (extr.) opii cum 🜊 fact. ana ℥iij.
Succ. Glycyrrh. in 🜄 ſtill. ſol. & inſpiſſ. ℥iß.
Eſſ. croci (cum 🜅.) ℥j.
Myrrh. 🜊 ſol. & inſpiſs.
Oliban. in gran. à ʒvi.
Gran. ſtyrac. cal. in 🜄 ſol. & expreſs.
Gum. Arab. albiſſ.
Sandarac. in gran.
Succ. Acac. in 🜊 ſol. & inſp.
Hypociſt. 🜊. ſ. & inſpi.
ana ℥ß.
Aſphalt. el.
Galban.
Maſtich.
Opopanac. (ſingul. in gran.) à ℥ij.
Eſſent. Caſtor. ʒ. 1.

2. *Extrahenda aromata.*

Piper. long. ℥iij.
Cinam. ac. ℥iß.
Acori ſ.
Caſſ. lign. Veræ.
Coſt. Ver.
Pip. albi.
nigri.
Schænanth.
Spic. Indic.
Stœchad. arab.
Zedoar.
Zingib. alb. à. ʒvi.
Cardam. min.
Carpobalſ. veri.

Cubebar.
Folij.
Galang.
Garyophyllor.
Macer.
Spic.celtic.à ℥ß.
Lign.Aloës ʒ.ij.
*Extrahenda reliqua.*
Mirobalã.Chebul.℥vi
Baccar. iuniper. ℥ß.
Laur. ℥ij.
Fl.Roſar.rub.℥iß.
Hyperic. ℥ .
Centaur.min. ℥ij.
Herb card. bened.
Scord.cret.à ℥iß.
Calamenth. mont.
Dictam.cret.
Marrub. à ʒ.vi.
Abrotani.
Chamædr.
Chamæpit.
Orig. cret.
Polii cret.
Roriſmar.
Salu. min.
Scabioſ. à ℥ß.
Maioran.
Mari.
Lign.Aſphalt.
Santal.citr.à ℥ij.
Agaric.
Rad.irid. Flor.à ℥iß.
Angelic.
Pentaphyll.
Rhabarb. el.
Tormentill.à ℥vi.
Ariſtoloch.rot.
Aſar.
Cyper rotund.
Diptamn.alb.
Enulæ camp.
Gentian.
Imperator.
Meu.
Pimpinell.
Phu Pontic.
Serpentar.
Succiſ.
Valerian.
Vincetoxic.an. ℥ß.
Ariſtoch. long.
Cruciat. à ℥ij.
Sem. Buniad. ſeu Napi agreſt. ℥iß.
Petroſel. maced. ʒ.vi.
Ammeos.
Amomi racemoſ.
Aniſ. torrefact.
Citri.
Fœnic.cret.
Hyperic.
Seſel. ſeu Siler. mont.
Thlaſpi ſeu Naſturt.alb .à. ℥.
Dauci cretic. ℥ij.

3. *Pulueriſandæ.*

Confect. ſerpentum iuniperinæ Quercet. ℥iij.
Terr.ſigillat.ʒ.vi.
Lemn.
C.C.uſti à ℥.

4. *Liquida.*

Balſam. Indici
Ol.Nucis moſchat.expr. à ℥iß.
Garyophyllor.
Succin. camphorat. ℥iß.
Spir.⊕i ℥ .

1. F. Extractio ſeorſim medietatis aromatum & reliquorum extrahendorum, ſingulorum ſc.1. cum 🜈 rectific. 2.cum ∇ ♋︎. pluuiali, Eſſentiam cum \ extractam præcipita cum Extractione in ∇♋︎. Hinc abſtrahe in ♏︎ ac collige ſeorſim ſpiritum theriacalem primo egredientem, ſeorſim etiam ∇ theriacalem ſubſequentem ad conſiſtent. mellis.

melliſ. Reſiduam medietatem in puluerem redige.

2. Ex remanentia incinerata elixiuia ⊖ cum ▽ pluuiali.

3. In ſpir. theriacali ſolue ſandarac. Olib. Maſtich. ſtorac. omneſque Eſſentias non ſatis liquidas eo dilue.

4. Cum ▽ theriac. in pultem redige Trochiſc. de ſcyllis & Vip. ſolue in eodem ſuccum Glycyrrhizæ, G. Arabic. & ⊖ proprium.

5. In ſpir. Terebinth. ℥ vi. ſolue Aſphaltum.

6. Reliqua omnia, vt Eſſ. Opii. & Hypociſt. Acac. Myrrh. ſagapen. Galban & Opopanac. ſolue in ⚹.

7. Omnes extractiones, ſolutiones, pulueres, Balſama, olea expr. deſtill. ſpiritus & ⊖ia ſ.a. commiſce quam optimè & redige in maſſam pilularem. Hinc

11. *Theriaca Cæleſtis.*

℞, Theriac. benedict. prior. ℔iß.

Extrahe cum ſp. Theriacali, effunde & abſtrahe ad conſiſtent. mellis Abſtractum ſpir. (eſſentia ſeorſim aſſeruata) reaffunde remanentiæ priori, extrahe denuo & decanta. Remanentiæ affunde 🜄 rectific. ac extrahe reſiduam eſſentiã eius, decanta iterum, & confunde cum priori. Reſiduam remanentiam in ▽ theriacali & tandem in ⚹ ſpiritu Salis balſamici (⊖) fortificato extrahe. Et his vltimis Extractionibus priores præcipita & ad conſiſt. mellis coagula, tandem permiſce.

Magiſt. corallor.
Perlar. à ℥j
Hyacynthi.
Rubin.
Smaragd. à ʒ vi.
Bezoard. Animal.
Mineral.
Sal. corallor.
Perlar. à ʒß.
Bezoard. oriental.
Terr. ſigillat.
Vnicorn. veri.
Oſs. de C. C. à ʒiii.
Ambr. griſ. ʒii.

Inſpiſſa in vaſe duplici ad formam Extract. vel maſſæ pilularis.

Vires. *Vires Quercetanus huic attribuit admirabiles in Venenis & contagiis arcendis; in exagitatione ſpirituum humorumque ſedanda, in catarrhis, dolorib. & vigiliis mitigandis. In Balſamo natiuo corroborando, putredine præſeruanda, &c.*

N. *Rationem vtriuſque huius compoſitionis videſis decade ſuperius allegata.*

12. *Extractum vterinum Mynſichti.*

℞. Bacc. Sambuci
Ebuli ana ℥ iv.
Rad. Pœon. debitè collect.
Arthemiſ. rub.
Dictamn. alb.
Bryon. ana ℥ij.
Viſc. quern.
Sum. ameos.
Herb. puleg.
Meliſſ.
Caſſ. lign.
Croc. or.
Caſtor veri. ana ʒß.

Extrahe cum 🜄. cumque ſeparata ad remanentiam extracti. Poſtea adde

Sang. porcæ in clibano exiccat. & cùm ▽ hyſteric. præpar. ʒß.
Bezoart. Iouial.
Mag. Iouis Anglic.
Matr. perlar.
Corallor.
Ol. antophyllor.

Angelic.
Succin. alb.
Arantior. ana ℥j.

Denuo miſce & f. Extractum pro vſu.

Vires: *Medicina eſt ſaluberrima in affectibus vterinis, etiam deploratiſſimis: Doſis* ℈j. *ad* ʒß. *tribus aut 4. diluculis continuis in aq. aliqua conueniente.*

EXTRACTA PVRGANTIA.

Extracta purgantia ſimplicia, vt & quæ ſub nomine alicuius ſimplicis veneunt, *vide lib.* 4.

*Purgantia Compoſita.*

Extractum
Benedictum, *vide infra*, N. 1.
Diacarthamum ſ. Cnicopharmacum, *Aug.*
Catholicum, *A.*
F. F. *vide infra* 2.
Sennerti, 3.
Arnoldi VVeickhardi, 4.
Cholagogum Querc. *A.*
Holagogum Andernaci, *A.*
Melampodij, ſcilicet Ellebori nigri Mindereri, *A.*
Melanagogum Querc. *A.*
Panchymagogum Crollij, 5. 6.
Hartmanni, 7.
Auguſtanorum.
Plegmagogum Querc. *A.*
Pilularum Aggregatim. *A.*
Aurear, *A.*
Cochiar, *A.*
Lucis maior. *A.*

1. *Extractum benedictum.*

℞. Fol. Sen. el.
Rhabarb. à ℥ij.
Agaric. ℥j.
F. Extractum.

Vires. *Purgat bilioſos ac mucilaginoſos humores.*

*Doſis à* ℈ß. *ad* ʒj.

2. *Extractum Catholicum Francofurtenſe.*

℞. Aloes ſuccotrin. ℥j.
Turbeth. el. ℥ß.
Colocynth. ʒvi.
Agaric. albiſs.
Diagryd.
Rad. Ellebor. à ℥ß.
Spec. Diarrhod. abbat. ℥j
Macis.
Stæchad. ar.
Galang.
Cardamom.
Zedoar.
Caryophyll,
Cinamom.
Fl. Anth.
Lign. Aloës
Viſc. querc. à ʒß.
Ambr. griſ. ℈j.

Infunde omnia in 🜄 🜍 (8) exceptis ſpeciebus, *Diarrhod.* & *Ambra*, fiatque Extractum, cui adde Extractum ſpecierum Diarrh. itidem per 🜄 factum ac Ambram.

Vires. *Omnes humores blandè purgat. Doſis à* ℈ij.

3. *Extractum Catholicum Sennerti.*

1. ℞. Diagryd.
Trochiſc. Alh.
Gumm. de Peru, ana ʒß.
*Aloës* ℥j.
F. Extractum cum 🜄 ſeorſim.
*Itidem f. Extractum.*

2. ℞. Turbith. el.
Rad Elleb. nigr. à. ℥ß.
Rhabarb. ℥j.
Spec. Diarrhod. abb. ℥ß.
Aromat. roſat. ʒij.

Vtrumque Extractum coniungatur ad maſſam pilularem conſtituendam.

Doſis

*Doſis à ℈j.ad ℈ij.*

N.*Felicius forſan procederetur, ſi Reſina Diagrydii, Magiſter. Gummi de Peru, Extract. Aloës, per ſe fierint, vt libr. 4. docebimus, atque Trochiſci Alhandal cum reliquis infunderentur.*

4. *Extractum Catholicum, D. D. Arnoldi VVeickhardi.*

℞. Aloës ſuccotr. ℔ß.
Rhabarb. opt. ℥v.
Fol. Senn. ſ. ſt. ℥iv.
Rad. Mechoac. ℥ij.
Colocynth. ℥j.
Turpethi el. ℥iiß.
Eſul. præparat. ℥ß.
Gener. 5. mirobalan. à ʒij.
Cinamom.
Zinzib.
Macis.
Galang.
Zedoar.
Garyophyllor.
Cardamom.
Cort. citr.
Schœnanth. à ʒj.
Spec. Diambr. ʒij.
Diarrh. abb. ʒiij.

F. Extractio l. a. cum 🜄 & 🜂 fœnic. exprimatur & inſpiſſetur.

Doſis ad ʒß. vel ℈ij.

4. *Extractum Panchymagogum Crollij* 1.

℞. Spec. Diarrhod. Abbat.
Diambr. ana ℥j.

Extrahatur Tinctura cum 🜄 ſ. a. vitrum crebro mouendo.

Deinde

℞. Pulp. colocynth. ʒvii.
Turpeth. gummoſ. ʒv.
Agaric. opt. ℥j.
Rad. Elleb. nigr. veri ℥j.
Scammon. Elect. ʒvi.
Fol. Sen. ℥iv.
Rhabarb. el. ʒiij.
Elater. ʒij.
Sem. Ebul. trit. ʒiij.
Hermodact. ʒiij

Incidenda incidantur, terenda terantur; affunde Tincturam illam ſpecierum, extrahaturque Tinctura ſ. a. decantatas extractiones inſpiſſa leni calore MB ad conſiſtentiam mellis, poſtmodum adde

Ol. Cinam.
Caryophyllor.
Nuciſt. ana gutt. x.
Sal. perlar.
Corall. ana ʒij.

Salem è fecibus ſuperioribus calcinatis extractum.

Raſur. cranii human. [vel oſſ. calcinat.] ʒß.

F. Maſſa.

Vires. *Non datur melius catharticum, quod minori moleſtia omnes humores noxios expurget.*

*Doſis à ℈j. ad ℈ij. ex vino maluatico, vel alio generoſo, è inſculo, vel aliis catapotiis aggregatiuis admixtis; datur & in forma pilulari.*

6. *Extractum Panchymagogum Crollij* 2.

℞. Pulpæ colocynth. ʒvi.
Agarici
Scammon. el. ana ℥ß.
Hellebori nigri
Spec. Diarrhod. Abbat.
Aloes ſuccotrin. ana ℥j.

Extrahe ſ. a. cum 🜄 eumque iterum abſtrahe. Et quia in extractione ſæpè virtus purgatrix ſolet debilitari, ideo quidam ſolent ad vnam partem Extractorum addere crudorum purgantium partem alteram: adde ergo ſuperioribus, antequam Extractum in furno remanens plane inſpiſſetur.

Troc hiſc

Trochiſc. Alhand. ʒvi.
Diagryd. præparat.
Agaric. troch. à ℥ß.
Aloës Epatic. ℥j.

Pulueriſata redigantur in maſſam iuſtæ conſiſtentiæ.

Doſis à gran. 20. ad 35. & 30. & vltra.

N. *Aliud vide in Pharmacop. Auguſtana.*

7. *Extractum Panchymagogum Hartmanni.*

℞. Fol. ſen. ſ. ſt. ℥ij.
Rhabarb. el. ℥iß.
Rad. Hellebor. nigr. ℥j.
Turbeth. alb. gummoſ.
Polypod. quern.
Trochiſc. Alhand.
Agaric. Trochiſc. ana ℥ß.
Medull. ſem. cartham.
Myrrh. rubr. el. ana ʒiij.
Spec. aromat. Garyoph.
Diambr. ana ʒj.
Cortic. citr. ʒj.

Conciſa & contuſa extrahantur ſimul omnia cum 🜄 & ▽ cinam. ana ℔iß. F. Expreſſio. Feces denuo extrahantur cum ſola ▽ cinam. tenuiori, percolentur poſtea. Extracto adde Extracti Aloës cum ▽ Betonic. vel Veronic. facti ℥iij. F. miſtio, & inſpiſſatio ad iuſtam conſiſtentiam, addendo Ol. Garyophyllor. gran. 10.

Doſis à ℈ß. ad ℈iß. *Harman. in Croll.*

*Alias inſuper deſcriptiones videre poteris dicto libro.*

## CAP. LVIII.

### *De Farinis.*

Farinarum conficiendarum modus vulgaris eſt.

*Sunt vſitatiores in Officinis.*

Farina Amyli, ſ. amydi, *Krafft. Meel.*
Auenæ.
Fabrum.
Fœni græci.
Glandium.
Hordei.
Lentium.
Lini.
Lupinorum.
Orizæ.
Piſorum.
Siliginis.
Tritici.
Volatilis, *Staubmeel.*

## CAP. LIX.

### *De Feculis.*

Feculæ ex radicibus nonnullis, iiſque viridibus eliciuntur, rariſſimè ex foliis.

*Modus fiendi.*

℞. Rad. (v. gr. ari,) q. v. lotam vel raſam,

ſam, conquaſſa optimè in mortario, affundendo aquam ſubinde, vt fiat pulpa liquidiuſcula, hanc fortiter exprime, expreſſionem liquidam repone, vt ſubſideat fecula. Feculam ſubſidentem exicca. Sic fiunt.

Fecula Ari.
Bryoniæ.
Iridis noſtrat.
Liliorum albor.
Pœoniæ.
Raphani marini.
Scyllæ.
Serpentariæ.

N. *Scylla operationem habet peculiarem. Vide lib. 4.*

*Ononidis radix cocta in ſ. q. aquæ (hor. 3. 4.) ſi decoctum illud clarificatum prius & aliquantulum inſpiſſatum reponatur, ⸤ itidem ad fundum mittit.*

## CAP. LX.

### *De Floribus.*

FLores in Chymia ſunt ſubtiliores corporis partes, per ſublimationem, à craſſioribus particulis, ſub forma ſicca ſeparatæ.

Modus, vt ſingulis ferè diuerſus eſt; ita & in ſingulis deſcribi poſtulat.

*Vſitatiores ſunt.*

Flores Antimonij.
Cinnabaris Antimonij.
Flores Arſenici. 🜺 ſublimatum.
*Benzoin.*
Mercurij varij, huc ☿ dulcis.
Salis ✳.
Sulphuris varij.

## CAP. XLI.

### *De Gargariſmis, Diaclyſmatis & Dentifricius liquidis.*

DIaclyſmata, (Collutiones oris,) ſunt liquores, qui in ore detinentur, iterumque expuuntur. Hi ſi gargariſando adhibeantur, dicuntur Gargariſmi ſeu Gargariſmata, quod tamen vocabulum etiam generaliter pro diaclyſmate non rarò vſurpatur. Eadem ſi phlegmati è cerebro eliciendo deſtinantur, Apophlegmatiſmi nomen aſſumunt.

Liquores hi in Officinis pro vſu nulli extant, ſed ex tempore, ad præſcriptiones datas, diſpenſantur. Fiunt vt plurimũ ex aquis (ſimplici vel deſtillata,) ſuccis, decoctiſue conuenientibus, in quibus pro libitu diluuntur ſyrupi, mella, ſapæ (℥ii, iii, iiii, ad ℔. 1. væ) tantillum aceti, O vſti, ⦶i crudi, præparati, ſpiritus ☾i, ⊕i, & ſimil. In ſumma, omnis generis liquores, & quicquid in his diſſolubile eſt, diaclyſmata ingredi non nequeunt.

*Exemplo ſint:*

1. *Diaclyſma Odontalgicum & apophlegmatiZans.*

℞. Piper alb.

long.
Cubeb.
Staphiſagr.
Cort. mori
mandrag.à ʒi.
Rad.pyrethr. ij.
Contundantur & ex vino albo f. decoctum,ad ℔.1.In colatura diſſoluatur tantillum aceti.
F. Diaclyſma.

2. *Diaclyſma refrigerans.*

℞. Cancros viu. N.v.vi. vel viij.
Sedi maior.M. iii. vel iv.
Contunde & exprime ſuccum.
Vires. *Maximè prodeſt in inflammatione oris & faucium.*

3. *Diaclyſma ad gingiuas.*

℞.Aqu. Chelidon.min. bis deſtillat. ℥iv.
Ouſti ʒj.
M. & ſi libet f. filtratura.
Vires. *Inſignium virium eſt in gingiuarum putredine.*

4. *Aliud.*

℞.Aq. Chelidon.min.
Plantag.an.℥iß.
Cochlear. ℥i.
Extr. Chelid. min. ⁝j.
Mell. roſat. ℥ .
Spir.⊖ig.v i. M.
Vires: *Vires eaſdem cum præcedenti obtinet,ſed feliciores,præſertim in gingiuarum putredine ſcorbutica.*

5. *Diaclyſma ſeu Gargariſmus antiſcorbuticus.S.Cloſs.*

℞ Herb.cochlear.
Pyrol.
Beccabung.
Naſturt.aquat.a.Mj.
Rad.ariſtol.rot.
Enul.camp.an.℥j.
Rhabarb.opt.ʒß.
Baccar.laur.ʒvi.
Croci ℈j.
Zinzib.alb.ʒij.
F.puluis groſſus:Maceretur per biduum in ℔ij.cereuiſ.veter.idque ib diplomate,decoctum coletur.
Vires: *Valet ad gingiuas ſcorbuticas & ſanguifluas, Patiens eo os colluat, ac mane & veſperi ℥ij. de eodem hauriat.*

6. *D. Ad faucium inflammationem.*

℞.Aqu.Plantag.℥ij.
Roſar.
Acetoſ. à ℥j.
Prunell. ℥ii.
Rob.Diamor.℥ß.
⦶ præparat. ʒß.
M. F. Gargariſmus.

7. *Diac. apophlegmatizans.*

℞. Cort.rad.ſambuc.℥i.
Rad. Galang. ʒß.
Pyrethri. ⁝ii.
Fol. Betonic.
Origan.
Maioran.
Meliſs. à M.i.
Cubebar. ʒiß.
Sem. Sinap. ʒj.
Vuar. paſſar. M. 1.
Coquantur in vino vel aqua,
℞.Colatur.℔.ß. præter propter
Oxymel ſcyllit. ℥iij.
M. F. Gargariſmus.
Vires. *Phlegma è cerebro elicit*

8. *Huc referendi ſunt LIQVORES, fricandis dentibus, gingiuiſque deſtinati.*

℞.Aqu.Prunell.
Plantag. ana ℥iij.
Rob. Diamor.
Syr.roſar.ſic.a. ℥ ⁝.vel ℥j.
Spir.🜍i ʒß.M.
Inſeruit ad dentes dealbandos, exter

extergendos, ſtabiliendos.

N. *Spiritus acidi proſunt maximè ad dentes dealbandos, ſed & ſtuporem eorum inducunt.*

---

## CAP. LXII.

### *De Gelatinis.*

GElatina eſt ſuccus inſpiſſatus, purior, clariuſculus, cum ſaccharo in ſcatulas effuſus & congelatus. Et hinc Gelatina dicitur.

Parantur è fructibus nonnullis ſucculentis, tùm è cornibus ac oſſibus tenerioribus.

*E Fructibus.*

℞. Fructus, exprime ſuccum, expreſſum coque & clarifica, (cum albumine oui,) hinc addito ſaccharo inſpiſſa ſenſim & effunde in ſcatulas.

*Aliter.*

℞. Fructus, coque in ▽, decoctionem citra expreſſionem decanta, vel filtra, ſaccharumque addendo inſpiſſa.

*E Cornibus & Oſſibus tenerioribus fit ſine Saccharo.*

℞. Raſur. cornuum oſſiumue (vel eadem in fragmenta minutiora redacta,) coque vel digera aliquandiu in ▽ (commun. ſtillatitiaue appropriata) hinc coque & filtra calidè, coagulaque.

N. *Quod ſi oſſa & cornua nimis dura ſunt, acuari ▽a poterit liquore aliquo acido, verbi gratia, ſpirit.* ⊖*i,* 🜊 *& ſimil.*

*Exemplo ſit*
*Gelatina oſſium de corde cerui.*

℞ Raſur. oſſium cordis cerui iij. Coq. in aq. & vini alb. ana ℔iß. per horas 6. aut 8. ad medias, deinde colentur, in colaturâ diſſ. ſacch. opt. ℥vi. agitentur ſimul cum.

Succi limon. ℥ij.
Aq. roſ. ℥j.

Dein recoquantur ad medias, addendo ſub finem

ambr. griſeæ ſeorſim in aq. roſ. infuſ. ʒß.
Tincturæ cinnam. in vino fact. ʒj.
Colentur & refrigerentur.

*Sic ſunt*

Gelatina Cytoniorum.
Pomorum.
Pyrorum.
Ribium.
Cornu cerui.
Cranij humani.

N. 1. *His immiſcentur nonnunquam pulueres, vel Extracta, & ſimil. vnde Gelatinæ compoſitæ, tùm alterantes, tùm purgantes, v. gr. Gelatina Cytoniorum purgans, vide lib. 4.*

N. 2. *Sunt qui Gelatinas Cytoniorum,* Marmelatas *vocant, eaſque tum ſimplices, tùm aromatiſatas pro vſu domeſtico parant, varij coloris.*

## CAP. LXIII.

### *De Infuſionibus.*

INfuſionis (infuſi) nomen potionibus potiſſimum impeni, iiſque purgantibus, lib. 1. diximus, harum rationem hic loci exhibemus.

Liquorem exhibent aquæ ſtillatitiæ, (tum & fontana,) ſerum, mulſum, hydromel, vinoſum, vinum, & ſimil.

Materia infuſioni apta, etſi & ex mineralibus & animalibus ſumi queat, tamen huius loci inprimis ſunt vegetabilia, & maximè purgantia cum corrigentibus.

*Modus parandi.*

Recipiuntur res medicamentales, præparatæ ad infuſionem, incidendo, contundendo, limando, &c. prout in decoctorum doctrina traditum; immerguntur liquori, quantitate & qualitate intentioni medicæ reſpondenti, reponunturque, ſi extractio maturanda, loco calido, (in cineres vel iuxta fornacem.) Hinc decantetur liquor, exprimaturue pro vſu.

Proportio liquoris præſcribitur ferè q.ſ. id eſt, vt materia cooperiatur, liquorque ſuperemineat digitos verſos, 1. 2. 3. &c.

*Exemplo ſint*

1. *Infuſio Cholephlegmagoga.*

℞. Agaric. elect. ʒiß.
Rhabarb. opt. ℈ij.
Zinzib. ℈ß.
Spic. Nard. gran. v.
Sal. gemm. gran. iij.

Pulueriſentur groſsè & infundantur per noctem in

Aqu. Eupator.
Cichor. à ℥iß.

Hinc calefiant & colentur cum expreſſione. F. Potus.

Vires. *Purgat bilem & phlegma.*

N. *Sal gemmæ additur ad facilitandam extractionem: cuius rei gratia & ſal* 🜔 *addi poterit.*

*Huius generis ſunt Vinamedicata, (vt & Cereuiſia medicata,) tùm alterantia, tum purgantia, v.g.*

2. *Vinum Arthriticum.*

℞. Fol. chamædr.
Chamæpit.
Sum. Salu. ana ℔iß.
Flor. Primul. ver.
Anth.
Lil. conuall. ana ℔ß.
Raſ. Lign. Guaiac. ℥viii.
Viſci quern. ℔ß.
Rap. Chin. ℥iij.
Caryophyllat. ℥iv.
Vini muſti menſur. xxx.

Ponantur ad feruеſcentiam, vt deferueant.

3. *Vinum Medicatum Cephalico-Spleneticum.*

℞. Rad. Garyophyllat. ℥iiß.
Cichor. ʒiß.
Enul. ℥j.
Herb. Ceterach.
Veronic. c. fl.
Card. bened. c. floribus.
Epatic. ſtellat. c. flor.
Summit. Centaur. min. ana
Miß.

Cort.Arant.ſicc.℥ß.ʒij.

Incidantur herbæ , contundanturque groſsè radices & cortices, infundanturque in vini menſur. viii.

Vires. *Catarrhis inſigniter opitulatur, caput , epar ,& lienem corroborat.*

4. *Vinum Matricale.*

℞.Herb.Meliſs.
Puleg.
Capill. ♀.
Salu.
Calamenth.
Artemiſ. ana M. ß.
Fl.Squinanth.℥ß.
Calendul.
Cheir.ana p.ij.
Nuciſt.
Macer.
Cubebar.
Cardamom.
Granor. Paradyſ.
Zedoar. ana ℥j.

Vini generoſi menſur. IV.addendo ſaccarum pro libitu.

5. *Vinum purgans.*

℞.Fol.Sen.Al.ſ.ſt.(ſine ſtipitib.) ʒx.
Follicul.ſen.ʒiß.
Epithym. ʒvI.
Sem.cartham. conqu.℥ß.
Gialapp.ʒiij.
Cort. Helleb.nigr. ℥ß.
Cinamom.ʒj.
Galang. ℥ß.
Zingib. ℈ß.
Cort.citr. ʒij.
Vini menſur. I.

Vires. *Purgat humorem Melancholicum & ſeorſum. Doſis ℥iij. iiij.*

N. *Plura Exempla aliunde petere licet, vel ex decoctis, vel ▽is deſtillatis compoſitis huc arceſſere. Nimirum ſpecies dictorum Medicamentorum non minus & hic adhiberi poterunt.*

6. *Vinum Sanctum.*

℞.Vini alb.opt.℔.xv.
Lign. Guaiac.
Sarſ.Parill.an ʒiiß.
Fol.Sen.ſ.ſt.℥iij.
Polypod.q. ʒij.

Conquaſſata infundantur , digeranturque hor. 24.

Vires. *Valet ad morbos frigidos, paralyticos, cacochymicos & maximè ad luem ♀ inueteratam. Singulis diebus mane ℥viij. & ſero ante ingreſſum lecti tantundem, patiens capiat. Exerceatur valide, nec opus vt ſemper domi in clauſtro maneat, Philip. Mull. in mirac.*

*Huc pertinent Vina Hippocratica ſeu Clareta.*

*v.g.*

7. *Claretum laxatiuum.*

℞. Cinamom.
Galang.
Garyophyllor.
Macis
Zinzib. à ʒj.
Turbith.alb.ʒvI.
Fol.ſen.el.℥i.
Mechoacann. ʒiii.
Sacchar.℥iii.
Vini generoſi ℥xvI.
Aqu.fontan. ℥vIII.
Cremor. 🜿 ʒii.

Stent in infuſione per noctem , dein colentur per Manicam Hippocraticam.

Vires. *Purgat humores melancholicos & pituitoſos.*

*Doſis ℥iij. vel iiij,*

8. *Claretum purgatorium, ſ. Vinum Hippocraticum ♁iale.*

℞.Vitri ♁ ſubtiliſs. puluériſ. ʒi. ℈ii.
Vini alb. opt. ℥vIIIß.

Digerantur vaſe vitreo benè clauſo, in MB.♂ ℘(6.) dein cola, colaturæque adde

Sacchar.albiſſ.pulueriſat.ʒiij.vel ℥ß.
Aromatiſetur cum opt. ▽ cinam. & ſeruetur. Doſis ʒij.

Vires. *Satis leniter ſuauiterque operationem ſuam infra & ſupra exercet.* *Sala.*

---

## CAP. LXIV.

### *De Iulebis & Moretis.*

IVlebi(Iulepi) in Praxi vſitatiſſimum potionis genus conſtituunt, quod ob ſaporem gratum, pro potu ordinario ægris præſcribi vt plurimum ſolet.

Parati autem in Officina nulli extant, ſed ex tempore parantur.

N. *Iulepi violaceus & roſaceus Officinarum, Syrupi conſiſtentiam obtinent.*

Parantur ex liquore potulento, in quo Syrupi, ſaccharumue diſſoluuntur, additis, prout viſum fuerit, & aliis in liquore illo diſſolui aptis, qualia ſucci, ſpiritus, & ſimil.

N. *Syrupi vices & conſerua ſupplere poteſt, accedente colatura.*

Liquor ille potulentus adhibetur varius: Aqua ſtillatitia, fontana, (correcta pane toſto) decoctum, verbi gratia, C. C. Glycyrrhizæ, Hordei, & ſimil.

Proportio Liquoris.℔. 1.
Syrupi.ʒj.ʒij.vel prout
palato placuerit.

Acidiuſculi, adeoque gratiores, non raro reddi ſolent, ſpiritu ♁i ad ſaporé gratum vſque inſtillato.

*Exemplo ſint.*

1.℞. Decoct.C.C.vſti, id eſt, in
quo c.c.(v.gr. ℥i.vel ii.) ſit
Coctum ℔. 1.
Syrup. papau.err. ℥i.
corallor.
Succ.Berberor.ana ℥ß.
M.F. Iuleb.

Confert in febribus aliiſque ſanguinis ebullitionibus, quas vigiliæ aluique fluxus comitantur.

2. ℞. Aqu.fontan. pane correct. ℥x.
Iulep.Roſar. ℥iß.
Syr.cinam. ℥ß.
Aqu.Roſar. ℥iv.
Spir.♁i q.ſ.ad gratum ſaporem videlicet ℈ß. vel ʒß.
F. Iuleb.

Vires, *Refrigerat, roborat, potuſque gratus eſt ægrotis.*

3. ℞.Aqu.hordei, id eſt, decoct.℔iß.
Conſeru. roſar. ℥iii.

Conquaſſetur conſerua, tantillum ſubinde decocti affundendo, hinc coletur & ſi placuerit, filtretur.

N. 1. *Acida ſi decocto C. C. (inprimis è crudo C. C.) inſtillaris, turbidum id redditur.*

N. 2. *Poterit itidem Santalo rubro aromatizari, ſantali ſcil.ʒß. ſimul conquaſſando.*

Huius quoque loci eſt Moretus, noſtratibus dictus, potionis genus, ex aromaticis aliiſve confortantibus commixtum, addito ad gratum ſaporem ſaccharo vel ſyrupo.

N. *Moretus dicitur à moris ſeu diamoro ingrediente. Eſtque mulierculis noſtratibus potionis genus vſitatiſſimum, quo veram impragnationem confortari, falſam exturbari, perſuaſum ſibi habent.*

1. *Moretus vſualis pro ditioribus.*

℞. Diamor. c. ſacchar. ℥ij.
Iuleb. roſat.
Aqu. cinamom. ā ℥j.
Spec. Diambr. ʒß.
Trag. Stomach. ℥iß.
Vini optimi, ℔. 1. M.

℞. Diamor. c. ſacchar. ℥ii.
Iuleb. roſar. ℥iß.
Aqu. cinamom. ℥j.
Vini generoſi, ℔. 1. M.

N. *Species quæ adduntur, poſt infuſionem colando iterum ſeparantur.*

*Nodulus pro puerperis.*

℞. Croc. integr. g. vi.
Galang.
Macis ana ℈j.
Antophyllor. N. iv.
Cardamom. ℈j.
Baccar. laur. decort. N. vi.
Dentur mixta.

---

## CAP. LXV.

### *De Lapidibus.*

LApidis nomen hic ſume non pro lapidibus natiuis, ſed pro medicamentis præparatis, quæ veniunt nomine lapidis, vt ſunt 1. Lapis vegetabilis dictus. 2. Medicamenta in duritiem terream ac lapideam excocta.

Lapis vegetabilis nihil aliud eſt, quam eſſentiales vegetabilis alicuius partes coniunctæ, ac in lapidem q. coagulatæ. Fitque

℞. Plantam ſiccam !, digere cum menſtruo proprio ( ▽ propria ſtillatit.) ſteſtilla, vt habeas phlegma, ſpiritum ac oleum. Ex remanente ac ſuperſtite materia incinerata extrahe ſal beneficio phlegmatis. Ex eadem (ſeu eiuſdem ſpeciei planta) extrahe tincturam cum ſpiritu illo. Hinc imprægna tincturâ ſua ſ. a. ad ſufficientiam. Poſtea adde olei quantum imprægnatum illud ſal imbibere poteſt, & in lapidem quaſi coagulentur.

N. *Huiuſce medicamenti genus etſi in Officinis paratum non extat, operæ precium tamen eſſet, introducere, in quo tamen notandum, quod lentiſſimo igne in lapidem paulatim conuertere id oporteat.*

Alias lapidis nomine veniunt. Lapis ſepticus ſ. cauterium potentiale, tum quoque lapis philoſophorum, (*de quibus Auguſtani,*) & præter hos.

1. *Lapis Corroſiuus.*

℞. Lixiuium, è quo ſapo niger coquitur. Id ſartagine exceptum coquatur in lapidem, qui teſſerarum in formam ſcinditur, cum refrixerit, ac vitro rectè obturato ſeruatur.

Vires. *Cauterium inſigne eſt, dimidiæ horæ ſpacio fonticulum inducere ſufficiens. Heurn. in Meth. pract.*

2. *Lapis ſ. magnes arſenicalis.*

℞. ♁ crudi.
🜍 t. flaui.
🜺 albi.

Pulu. ſubtiliſſimè lentoque igne liquefac. Vaſe refrigerato eximitur materia, quæ frigore indureſcit.

Vires. *Vſus eius eſt in peſte, vbi in forma periapti de collo ſuſpẽditur: ingreditur inſuper Emplaſtrũ magneticũ. Hartm.*

3. *Lapis*

*3. Lapis medicamentoſus Crollij,*
*ſ. Lapis ſalutis.*

℞. 🜖 i virid. ℔. 1.
alb. ℔. ß.
Alumin. ℔ i ß.
Anatron, id eſt, fel. vitri
Sal. commun. ana ℥ iij.
Ꝥ i.
Abſynth.
Arthemiſ.
Cichor.
Perſicar.
Plantag. à ℥ [illegible].

Ponantur in olla vitreata, affunde parum aceti roſacei, ac coque igne l. ſæpius agitando: vbi incipit ſpiſſeſcere, adde
Ceruſ. ℔. ß.
Boli armen. ℥ iv.

Diligenter miſceantur omnia, donec vi ignis mediocris in lapidis duritiem maſſa concreuerit, quæ poſtea fracta olla eximenda, & ad vſus reſeruanda.

N. *Si gummata, myrrham videlicet & thus, addere voles, inſtituatur coctio lenta, comburantur, nec vis illorum in igne euaneſcat.*

Vires. *Virtutes eius variæ ſunt. Tollit vlcera & defluxiones; deſiccat vulnera inueterata; curat eryſipelas, ſcabiem, tineam, ſerpigines.*

*Modus vtendi.*

*Liqueſcat eius ℥ j. in ▽ pluuial menſura 1. filtretur, filtratura hac vtere, tùm lauando, tùm linteolum imbuendo ac imponendo.*

*4. Alia deſcripto, Ioannis Greiff.*

℞. Alumen. ℥ iv.
🜖 li vngar. vir. ℥ ij.
alb.
Tartari.
Borrac.
Maſtich.
Thur.
Sal ✱ à ℥ j.
Ceruſ. ℥ vi.
Boli arm. ℥ iij.

Craſſo modo contuſa, coquantur in olla vitreata capaci, cum + fortiſſimo, vt ſupra. *Hartm. in pract.*

*5. Alia.*

℞ ⊐ ℔. 1.
🜕 i ℔ ß.
Ceruſ.
Alumin.
Bol. armen. à ℥ iv.
Sal. ammoniac. ℥ ij.

Omnia bene trita coque l. ▽. cum + ad eminentiam digit. 2. affuſo in olla ſatis capaci, donec omnia redigantur in lapidem durum.

*6. Alius Lapis ſalutis.*

℞. Alumin.
Myrrh. à ℥ iij.
🜖 i alb.
Anatron.
Ceruſ. à ℥ ij.
Thur. ℥ j.
Bol. armen.
Ærugin. à ℥ iv.

Tere ſimul, & cum + q. ſ. coque ac coagula in lapidem.

*7. Lapis mirabilis,*

℞. 🜖 i alb.
virid.
Sacchar. fin.
🜕 i ana ℔. 1. ß.
Sal ✱ ℥ i ß.
Alumin. crud. ℥ iv.
Camphor. ℥ j.

Minutiſſimè pulueriſata, miſceantur cum muria ſiue brodio oliuarum conditarum, vt fiat inſtar mellis. Coque dein lente & coagula in lapidem.

Vires.

Vires. *Eaſdem vires obtinet cum prioribus lapidibus ſalutis.*

8. *Aliter: Lapis rubeus dictus.*

℞. Vitriol.roman.
alb.ana ℔. 1.ß.
Alumin.
Litargyr.
Lap.calamin.ana ℥ IV.
♃. albi puri.
Sal. ammoniac.
Commun. ana ℥ß.

Affuſo aceto coque l. △ ſemper agitando, & cum incipit ſpiſſeſcere adde
Ceruſ.venet.℔.
Boli arm. ℥ IV.

M. diligenter, & coque in duritiem lapidis.

## CAP. LXVI.

*De Liquoribus.*

Liquores hic voco humores per deliquium, aut ſimiliter paratos.

N. *In his excellunt ſalia reſoluta, quæ Balſami, vel interdum olei nomen, licet minus accurrate, ſibi vendicarunt.*

Reſoluuntur ſalia per deliquium, ſi veri humido exponantur, vel & humore aqueo imbibantur: reliqua quia peculiarem modum obtinent, quo in liquorem redigantur, ſpecialiter ſuis locis innoteſcent.

*Liquores vſitatiores ſunt.*

Liquor. Salis ammoniaci.
Arſenici.
Corallorum
Cryſtallorum
Sàlis gemmæ.
Lapidis Iudaici.
Ludi ſ. calculi humani.
Oculolum cancri.
Perlarum.
Saturni.
Talci.
Tartari, i. e. oleum ♀i.
Huc Liquor. Lumbricorum.
Myrrhæ.

*Commendatur itidem maximopere Liquor Lubrontripticus compoſitus.*

℞. Ocul. cancr,
Lapid. Iudaic.
Lyncur.
Spongit.
Ætit. ana q. v.

Puluератis affunde Spiritum Salis ad digit. 3. ſtent in ſolutione ♂ aliquot, hinc depleatur ſolutio, reſtitanſque materia, nouo ſpiritu ſalis affuſo denuo ſolutioni ſubmittatur, donec tota ferè ſoluta ſit. Solutiones confuſas coagula euaporando vel abſtrahendo. Coagulatum tritum ſolue per deliquium, liquorem hunc coagula iterum, ac ſolue, idque repete donec coagulationem vlteriorem admittere nolit.

Vires. *Maximarum cenſetur virium in calculo roſoluendo.*

*Doſis gutta 4. 5. &c. indies propinata. Vide Medull. deſt. part. 1. tr. 10.*

*Liquor ad vlcera.*

℞. Calc. viu.
Sal. ammoniac. ana.

Læuiga ſimul & funde ad follem fuſione maturata, & confluit vt ▽. quam effunde. Maſſæ huic tritæ adde ſal tantundem ac fuit alterutrius, reponeque in cellam ad liqueſcendum.

Vires. *Sanat impetigines, vlcera fiſtuloſa, aliaque maligna & inueterata mundificat, & ad ſanationem diſponit, proin confert in cancro, ſerpigine, lue venerea, & ſimil.*

## CAP. LXVII.

### *De Magiſteriis.*

MAgiſterij nomen etſi æquiuocum ſit, vti libr. 1. dictum: attamen communiter vſurpatur pro puluere, vt plurimum, candido, per præcipitationem ex certis quibuſdam rebus præparato. Res illæ tum è mineralibus ſunt, vt terræ & lapides, tum è vegetabilibus, vt Herbæ, &c. tum ex animalibus; vt oſſa, cornua, cruſtacea.

*Modus fiendi.*

℞. Materiam ex qua Magiſterium parare conſtitutum eſt, tere aut comminue groſsè, hinc affunde liquorem conuenientem, acidum vel ſimilem vt ſoluatur vel extrahatur; ſolutio præcipitatur (affuſo liquore vel materia cuius vi ſoluentis vis obtundatur,) præcipitatus puluis abluatur ſi opus ſit ▽ communi, hinc exiccetur lente.

Sic fiunt

*Magiſteria.*

1. *E Mineralibus.*

Tritis affunditur ſoluens, ſoluiturque ſ.a. ſolutio præcipitatur, eluitur & ſiccatur.

N. 1. *Liquor ſoluens vulgariter adhibetur* ✕, *tum per ſe, tum acuatum per Sp.* ⦶ *vel ſimiles ſpiritus minerales, ſcil.* ⊕, ⊖ *&c. vel peculiaris deſtillatur ſolutioni aptus liquor, de quo ſuis locis.*

N. 2. *Præcipitatio fit communiter oleo* 🜿*i p.d. nonnunquam ſpiritus* ⊖*i. illo modo griſea aliquatenus euadunt præcipitata; hoc; albeſcunt magis.*

N. 3. *Quæ conſiſtentiæ ſunt durioris, vt lapides, antea calcinari volunt. Vide ſpecialius lib. 3.*

2. *E Vegetabilibus.*

1. Tritis groſsè vel inciſis affunde lixiuium forte ex ⊖ 🜿 i & ▽ pluuiali paratum, extrahatur, decantetur ac præcipitetur affundendo aquam aluminis (in qua O ſolutum) exicca lente.

N. 1. *Præſtat adhibere herbas mediocriter ſiccas.*

N. 2. *Sic nobis in vſu ſunt tam ex alterantibus, quam purgantibus, verbi gratia. Magiſterium Rhabarbari, cuius doſis ʒß.*

2. Sulphureis, i.e. quæ oleoſa parte ſcatent, extrahitur Tinctura beneficio 🜈. rectificatiſſ. præcipitaturque affuſa aq. com. vel ▽ aluminis.

N. 1. *Sic fit, Magiſt. Reſinarum, Succini, Corticum reſinoſorum e. gr. cinam. Turpeth. Chalapp. &c.*

N. 2. *Extractis Cat. non immerito annumerari poterunt.*

3. *Ex animalibus.*

Oſſa, Cornua, Cruſtacea ſeu Teſtacea exhibent ſua magiſteria modo qui de lapidibus traditur. Videlicet beneficio ✕ vel ſpiritus alicuius mineralis acidi & acris.

*Vſitatiora ſunt*

Magiſter.

Concharum.
Corallorum rub.
alb.
Cornu Cerui.
Cranij humani.
Chryſtallorum.
Dentis apri.
Granatorum.
Hyacynthor.
Lap. Iudaici.
Magnetis.
Mandibularum lucij.
Matris perlarum.
Oculorum cancri.
Ouorum ſtruthij.
Percarum lapillorum.
Perlarum.
Rubinor.
Saphiror.
Smaragdorum.
Terræ ſigillatæ.
Tutiæ.
Vitri Venetiani.
Vngulæ alcis.
Sic & Mag. Ialappæ.
Scammonij.
Succini.
Turpethi.

---

## CAP. LXVIII.

### *De Maſticatoriis.*

MAſticatoria, Διαμασήματα ſunt apophlegmatizantia ita diſpenſata, vt dentibus maſticentur.

Fiunt modis tribus:

1. Simplicia, vel integra, vel in pulueres redacta, conciſaue maſticantur; vt Maſtiche, vuæ paſſæ, pyrethrum, cubebæ, folia ſaluiæ, agaricus, & ſimil.

2. Eadem contuſa nodulo includuntur, qui ori inditus dentibus ſubinde comprimitur.

3. Eadem cum cera, maſtiche, carne paſſularum ficuumue, terebinthina, melle, & ſimili in maſſam ſubiguntur, dentibus ſubmittenda, verbi gratia.

℞. Rad. pyrethr. ʒj. Nuciſt. Zinzib. ana ℈ij. Maſtich. ʒj. Diſſoluatur Maſtiche in piſta calida cum piſtillo, hinc cætera admiſceantur ſubigendo in maſſam, vel paſtillos maſticabiles pondere ʒß.

*Item.*

℞. Rad. Pirethr. Maſtich. ana ʒß. ſubigantur cum cera in morſulos magnitudine auellanæ.

## CAP. LXIX.

### *De Morſellis & Rotulis.*

MOrſelli, (Morſuli Tabulæ,) ex omnibus Medicamentorum generibus fieri poſſunt, quæ non reſpuunt cum ſaccharo ſoluto commiſceri, inque placentas indurari. Talia ſunt pulueres, Semina, (minutiora) condita, Conſeruæ, Olea, Extracta: Inprimis tamen ad morſellorum compoſitionem cooptantur pulueres, de quibus tamen notandum, quod non opus ſit æque ſubtiles eos recipi, ac in rotulis.

*Modus fiendi.*

℞. Sacchari q. ſ. ſolue in liquore debito ſuper ignem: hinc coque ad conſiſtentiam, vt Frigefactum induretur, (probare id poteris tantillo in orbiculum ſtanneum vel lapideum effuſo:) Hinc immiſce ſenſim pulueres, optime agita, effundeque dum adhuc calore liquidum eſt, ſupra tabulam cupream lapideamvè, vt refrigeſcat & induretur, demum ſcinde in tabulas.

N. 1. *In purgantibus loco ſacchari recipi poteſt Manna, cuius proportio vti & ſacchari pro Medici voluntate adhibetur: vt plurimum recipitur ſacchari ſextuplum, octuplum, &c. prout res immiſcendæ fortiores vel ingratiores fuerint, e. gr. ad Extracta & Olea deſtillata maior ſacchari quantitas expetitur.*

N. 2. *Nuclei ac ſemina emulſioni apta, ſi ad morſellorum conſtitutionem concurrant, pro libitu in emulſionem redigi poterunt, qua ſaccharum diſſoluatur.*

N. 3. *Condita, duplici modo morſellos ſubeunt. 1. Conquaſſata. 2. In fruſtula inciſa.*

N. 4. *Olea deſtillata ſi occurrerint in fine ea inſtillare oportet, vel paratis morſellis illinere. Idem Iudicium ſit de Moſcho ac Ambra, quæ in aqua roſar. diſſoluuntur, atque paratis tabulis illinuntur.*

*Vſitatiores ſunt alterantes.*

*Morſuli.*

Bezoardici è pulu. bezoardic.
Cephalici è ſpeciebus cephal.
è ſucco & corticibus citri, ſ. de citro, *vide infra*. N. 1.
Imperatoris, è ſpec. Imper.
Pectorales, 2.
Poſt paſtum, A.
Saccharum roſarum tabulatum.
Saponea, A.
ad Vermes, A.
Zingiberis cocti, A.

*Purgantes vſitatiores.*

*Morſuli.*

Diacarthami, A.
Diaphænic. A.
Diaturbith. cum rhabarb. è ſpeciebus
de Diagrydio, ſ. laxatiui, *v. infr.* 3.
de Manna ſat. *vid. lib.* 4.
de Mechoaca, 4.
è ſucco roſarum, A.

1. *Morſelli de Citro.*

℞. Carn. citr.
Cort. citr. condit. conciſ. ā ℥j.
Ol. citr. gran. xij.
Succ. citri puriſſ. q. ſ.
Sacchar. in 🜄 citri ſol. ℥xvi.
F. l. a. Morſuli.

*Sunt Cordiales, vt citrum.*

N. *Fiunt*

N. *Fiunt & ſimplices è ſucco, corticibus & ſaccharo.*

2. *Morſuli pectorales.* F.F.

℞. Pinear. rec. in ∇ roſar. parat. ℥ß.
Amyg. d. excort. ʒv.
Sem. Melon. rec.
Cucum.
Cucurb. à ʒij.
Spec. Diarrhod. abb. ℈ iv.
Mag. perlar. ℈j.
Sacchar. alb. in ∇ roſar. & ſcabioſ. ſol. ℥xvi.
F. l. à Morſuli.

*Sunt nutritiui, refrigerantes, acrimoniam mitigantes, adeoque conueniunt in hectica.*

3. *Morſuli de Diagryd. ſ. laxat.*

℞. Crem. 🜿 ʒiij.
Reſin. ſcammon. ℥ß.
Sacchar. in ∇ roſar. ſol. ℔. i.
F. Morſelli.
*Purgant bilem.*
*Doſis adulto* ℥ß.

4. *Morſuli de Mechoacha,* F.F.

℞. Conſeru. violar. ℥j.
Spec. Diatragac. fr. ʒiß.
Turbith. gum.
Mechoac. alb. ana ℥ß.
Diagryd. præpar. ʒij.
Ol. cinam. ſtill. gran. vi.
aniſ. gran. iv.
Sacchar. in ∇ fænic. ſol. ℥xiv.
F. l. a. confectio in morſul.
*Purgat bilem ac phlegma.*
*Doſis à* ℥ß. *ad* ℥ʲ.
*Vide part. 1. l. 4. obſeruat. Cl. Gregor. Horſtij.*

*De Rotulis.*

Rotularum parandarum modus idem eſt, niſi quod Rotulæ, quia formulas Morſulis minores expetunt, medicamenta requirant, quæ rotularum formationem non impediant. Pulueres itaque ſubtiles eſſe oportet, doſique minori.

Proportio ſacchari vulgatiſſima eſt octupla, ( $\frac{1}{8}$ ) plus minus. In purgantibus vero quadrupla, ( $\frac{1}{4}$ ſacch. pulner. ) In oleis ſtillatitiis maior, ſcil. ſacchar. ℥j. ol. gran. iv. &c.

N. *Fiunt & rotulæ è ſucco & ſaccharo, ſi ſcil. hoc in illo ſolutum ad conſiſtentiam iuſtam coquatur & rotuletur. Veruntamen notatu hic dignum, Rotulas, quæ ex ſuccis acidulis fiunt, v. gr. è ſucco citri non admittere coctionem, ſed ſola parari mixtione. Videlicet,* ℞. *Sacchari puluериſat.* ℔. i. *caleſcat ad ignem lentum, hinc affunde ſucci, v. gr. Berber.* ʒiij. *miſce & effunde in rotulas.*

*Rotulæ vſitatiores ſunt.*

Rotulæ de Berber.
manus Chriſti ſimpl.
perlar.
Diatragacanth.
🜍ris pectorales.
Laxatiuæ infantiles.

1. *Rotulæ pectorales.*

℞ Sacch. albiſs. ℥j.
Florum 🜍 benzoinat. ( vt cap. de 🜍 dicitur ) ʒii.
Ambr. griſ. gr. vi.
Moſch. Orient. gr. ij.
Ol. fœnic. gutt. iij.
Gumm. tragac. in aq. ſcabioſ. infuſ. q. ſ. F. maſſa

2 *Rotulæ infantiles Laxatiuæ.*

℞ Cranii human. præpar. ʒij.
☿ ii per ſextam ♎onem dulcificat.
Rad. Ialap. an. ʒj.
Margar. præpar. ℈ij.
Confect. alkerm. ʒß.
Ol. cinnam. gutt. vi.
Sacch. in aq. ſcord. ſolut. ℥iiij. F. Rotulæ.

*Vermes necant, & inde genitam Epilepſiam arcent.*

Quinimo ex ſingulis pulueribus & ſpeciebus, tàm alterantibus, quàm purgantibus, addito ſaccharo in conueniente ▽ſoluto Rotulæ pro rei exigentia fieri poſſunt.

---

## CAP. LXX.

### *De Oleis Stillatitiis.*

OLea proprie ſic dicta, triplicis generis in Officinis veniunt. 1. Deſtillata. 2. Expreſſa. 3. Infuſa ac cocta,

*Olea deſtillata.*

Olea ſtillatitia ex ſingulis ſimplicium familiis parari poſſunt, mineralium, vegetabilium, ac animalium.

MINERALIA, quæ Oleum fundunt, maximè ſunt ex genere ſulphureorum; vt ſuccinum, carbo Petræ, & ſimil.

Deſtillatio illorum eadem eſt, quæ reſinarum vel gummatum.

VEGETABILIA primaria, ex quibus olea deſtillantur, ſunt *herbæ, flores, fructus ſemina, radices, ligna, cortices aromata.*

Secundaria ſunt *olea, reſina, gummi,*

Modus deſtillandi olea ex primatiis, eadem opera perficitur, qua △s ac ſpiritus deſtillari diximus, & vt plurimum per veſicam.

N. 1. *Felicius oleum aſcendit.* 1. *Si nonnihil 🜿is vel i immiſcetur.*

2. *Si digeſtio fermentatioué præmittitur, cuius promouendæ gratia nonnihil fecum cereuiſiæ, vel & ⊖is com. 🜿inè addi poterit,*

3. *Si Oleum præcipuè expetitur, ſtatim auctiore igne deſtillatio incipi poteſt.*

*I. Ex herbis.* ℞. Herbas virides, vel ſiccas, q. v. contunde ac affunde ▽m, (additoque ⊖is manipul. vno ad alterο, colloca ad putreſcendum) hinc deſtilla per veſicam.

N. *Herbæ ſiccæ plus olei ſuppeditant quam virides.*

*II. Ex floribus*, (ſiccis præcipuè) olea ad eundem modum deſtillantur, præcipuè ſi contuſi dies aliquot (14.) adiecta parte 🜔is ⅙ (vel huius loco ſacchari,) cum ▽ fuerint macerati. Sic fiunt oleum chamomillæ, lauendulæ, roſarum, &c.

*III. Ex ſeminibus.* ℞. Semen, e. gr. fœniculi groſſe contuſi, ℔. 1. affunde ▽ font. feruentem, q. ſ. addendo ⊖is M. 1. (vel inſuper ſi libet, 🜿i ℥j. aut ij.) digere dies (8. 9. 10.) hinc deſtilla ▽ mediocri per Veſic.

*IV. Ex fructibus*, e. gr. baccis iuniperi, lauri, & ſimilibus, ſimili ratione, vti dictum, oleum educitur.

N. *Fermentatio promoueri poteſt addito tantillo fecum cereuiſ.*

*V. Ex radicibus.* ℞. Radices conquaſſa ac digere cum ▽ aliquandiu, hinc deſtilla per veſicam.

N. 1. *Præſtant ſicca, vti & quæ collecta fuerunt, antequam in ſtolones abierint.*

2. *Maiorem olei copiam ſi expetis deſtillationis reſiduum cum ▽ illa deſtilla-*

*ta,*

*ta, macera ac deſtilla iterum.*

*VI. Ex corticibus* non lignoſis oleum ad eundem cum radicibus paratur modum, v.grat. ex cort. arantior. citri. &ſ.

N. *Præſtant cortices nondum exiccati.*

*VII. E lignis & viſcis.* ℞. Segmenta lignorum arida, q.v. imple retortam terream, (lutatam,) ac deſtilla in excipulum ſat amplum, igne nudo gradatim adhibito, ſic extillat primum liquor clarus, continuato hoc igne poſt horas (4.5.) ſequentur ſpiritus nebuloſi, tandem auge ignem, vt fundus retortæ candeſcat, ſic aſcendit oleum nigricans & fœtidum, quod à liquore ſeqara ac rectifica. Sic fiunt olea è ligno guaiaci, agallochi, buxi, coryli, ebeni, iuniperi. ſantali, ſerpentarii, ſic & viſcorum coryli, querni, & ſimil.

N. 1. *Fieri quoque poſſunt per deſcenſum, ſed noſtratibus inuſitatum eſt, oleumque craſſius exhibet.*

2. *Caute procedas, nec nimium properes, ſpiritus enim impetuoſi receptaculum diſiicere procliues ſunt.*

3. *Elici quoque poſſunt olea huius ſortis ex reſinoſis lignorum Extractis, ad modum reſinarum aliarum deſtillatis. Kesl. 1. cent. 86.*

4. *Sunt & ligna, ſed pauca, quæ oleum ſuum, (quod ſubtilius ac volatilius eſt,) per veſicam cum ▽ fontana deſtillata tarde licet, profundunt, vt ſaſſafras, lignum rhodinum, cypreſſinum. Videlicet lignum ſerratum vel minutim inciſum, maceretur in △ aliquandiu, dein deſtilletur per veſicam; deſtillatione dies aliquot continuata prodit tandem oleum.*

Rectificantur olea, tùm ex cucurbita, tùm ex veſica, cum ▽æ copioſa quantitate deſtillando. Nonnunquam tamen, ſi ponderoſiora ſint, arenæ immixta per retortam rectificari opus habent.

*VIII. Ex aromatibus.* ℞. Aromata groſsè cõtuſa, (pulueres minus olei fundunt,) macerentur cum menſtruo idoneo, per aliquot dies, (4, 5, 6,) hinc deſtilla per veſicam, ſic prodit oleum & ▽.

N. 1. *Poterit itidem & aliquid ⊖ vel ⦶, vel ♃i admiſceri.*

N. 2. *Alij in eiuſmodi oleis eliciendis amygdalas rebus addunt, vt maiorem copiam nanciſcantur, ſed fraudulenter; etenim partem maiorem eiuſce olei amygdalæ ſibi meritò vendicant.*

3. *Alij digerunt primo aromata in ſpiritu Terebinthinæ cohobato aliquot vicibus ſupra ⦶ calcinato. Verum nec hi purum oleum aromaticum nanciſcuntur.*

N. 4. *Separatio olei ab ▽ fieri poteſt 1. Subſidendo. Nimirum ſi aliquandiu (♂ 14.) deſtillatum immotum in cella ſteterit, ſubſidet oleum. 2. Filtrando per chartam. 3. Per goſſypium. Vid. l. 1. c. 14.*

*IX. Ex reſinis.* ℞. Reſinarum ℔. 2. vel 3. affundatur ▽æ quantitas copioſa, deſtilleturque per veſicam.

Sic prodibit Oleum, quod primo clariſſimum ſtillat ▽æ ſupernatans (dicitur vulgò Spiritus.)

Hinc incipit paulatim flaueſcere, muta itaque receptaculum, & ſuſcipe flauum hoc Oleum, (ſi placet ſeorſim,) continuando deſtillationem, donec nihil olei amplius extillet, (dicitur Oleum.)

Tandem exime materiam in veſica reſtitantem, (quæ colophonia dicitur,) eamque deſtilla ex retorta in arena, & extillabit oleum craſſum rubrum, (Balſamus vulgò.)

N. *Poſſunt quidem Olea hæc & Balſamus vna eamque deſtillatione per retortam*

*tortam elici, igne ſcil. gradatim adhibito, verum enimuero præſtat per veſicam priora illa elicere, tùm vt præcaueatur ἐμπύρευμα, tùm quoque ne eorum æſtu labor irritus reddatur; quod alias facilè accidit. Si nihilominus volupe ſit per retortam ea ſimul deſtillare, æſtuatio præcaueri poteſt, ſi arenam reſinæ liquefactæ immiſcueris.*

Sunt autem reſinæ vſitatæ Lentiſci, (Terebinthina cypria,) Laricis, (id eſt, Terebinthina vulgaris,) pini.

*X. Ex gummi-reſinis.* ℞. Gummi-reſin. ℔. 1. inde retortæ vitreæ, (ventre capaci) vt ſaltem tertia pars impleatur, deſtilla per arenam in receptaculum, aliquota parte ▽æ adimpletum, primo ▽ lento, & prodibit oleum: dein auctiori, & extillabit Balſamus.

N. 1. *Vt ferueſcentiam præcaueas, arenæ aliquid admiſcere poteris: Alij loco arenæ addunt triplum ſilicum groſſè contuſorum, vel ſalis aliquid, quo aſcenſionem olei promoueant.*

N. 2. *Rectificari poteſt hoc oleum per cineres cum ▽ deſtillando, vel & laterum fragmenta ignita eo imbibendo, atque ita deſtillationem peragendo, non ſecus ac deſtillatur oleum de lateribus.*

Sic fit Oleum è Gumm. Anime, Elemi, Tacamahaca.

*XI. Ex gummatis,* (præcipuè ferulaceis) Olea elici poſſunt ad eundem modum quo ex reſinis. Nimirum oleum ſubtilius per veſicam cum ▽ deſtillando elicitur, craſſius ac ponderoſius per retortam. Vel ſi mauis deſtillatione vna eademque vtrumq; per retortam elicere, deſtilla initio calore leniori, ac ſuſcipe oleum ſubtilius ſeorſim; dein collige craſſius igne auctiori. Præſtat tamen per veſicam, vt de reſinis dictum.

N. *Felicius eliciuntur hæc olea ex Extractis reſinoſis, ad modum quem in reſinis dedi.*

Reliquorum oleorum præparationes, ſi qua ab hiſce diſcrepant, ſpecialius in ſingulis edocebimus.

Ex ANIMALIVM familiâ exhibent Oleum, *cornua, medulla, cerebri, oſſa, vngulæ, pinguedines, ſanguis, ſtercora,* (*vide de vin.*)

*Cornua, oſſa, vngulæ,* igne nudo per retortam (terra lutatam) pelluntur, funduntque vno ac eodem labore liquorem ſeu ſpiritum acidum, (phlegmatè commixtum,) oleum ac ſal volatile. Oleum id rectifica.

*Medulla, cerebri ac ſpinæ* fundit oleum, ſi admiſto ⊖e per retortam vitream ex arena deſtilletur.

*Pinguedines (axungia, ſeuum, butyrum, cera,)* deſtillantur aliis rebus commixtæ, ex cucurbita vel retorta vitrea idque per cinerem aut arenam; commiſcentur autem, vel cum lateribus pulueriſatis, vel cum ſilicibus calcinatis, vel cum cinere arenauè, vt eo faciliùs oleum aſcendat.

N. *Quantitatem rei adiiciendæ edocebit pinguedinis deſtillandæ conſiſtentia, quæ in aliis mollior, in aliis durior, plerunque autem ſumitur pars tertia vel quarta, interdum pondus æquale.*

*Sanguis* deſtillatur igne nudo ex cucurbita figulina alta ac ſpacioſa, ad remanentiam terræ nigræ, leuis ac ſpongioſæ. Deſtillatum liquorem filtra per chartam, & tranſibit liquor, remanente in charta oleo fœtente, (in parua quantitate.) Liquor hic exhibet ſpiritum, Salque volatile hinc inde vaſis deſtillatoriis adhæreſcit.

N. *Præſtat ſanguinem calentem recipere, (metretas ſcil. 2. vel 3.) eumque in MB, clauſo vitro digerere (☌ 9. vel plures)*

*plures)hinc per gradus deſtillare.*

*Olea deſtillata vſitatiora.*

Oleum Abſynthii
Anethi
Angelicæ
Aniſi
Aurantiorum
Butyri maialis
Benzoin
Calami aromatici
Camphoræ
Cardamomi
Carui
Caryophyllorum
Ceræ rectificat.
Chamæmeli
Chærefolij
Cinnamomi
Oleum Citri cort.
Cymini
Cubebarum
Euphorbii
Galbani
Guaici
Hyſſopi
Iuniperi è baccis.
ex ligno, Auguſt.
Laterinum Philoſophorum A.
Macis
Maioranæ
Maſtichis
Meliſſæ
Menthæ
Nyrrhæ rectific.
Nucis moſchatæ
Origani
Piperis
Pulegii
Roriſmarini
Roſarum
Saluiæ
Saponis
Saluinæ
Serpilli
Smegmatis
Spicæ
Succini albi
flaui
Tartari.
Terebinthinæ.
Zedoariæ.
Zopiſſæ.

---

## CAP. LXXI.

### *De Oleis expreſſis.*

EXprimuntur Olea ex ſeminibus ac nucleis nonnullis oleoſis.

*Modus.*

℞. Nucleos ſiccos (e. gr. amygdal.) non rancidos, excorticaac contunde in mortario lapideo minutiſſimè, hinc inde ſacculo, ac exprime fortiter ſub prælo.

N. I. *Præſtat vt plurimum maſſam illam tritam in ſartagine torrere, vel vapore* ▽ *calidæ tepefacere. Exemplo ſit vulgaris ille modus exprimendi olea ex ſemine Lini, papaueris, & ſimil.*

N. 2. *Eliciuntur quoque Olea, ſed pauca, per decoctionem res in* ▽ *qua decoctione pars oleoſa ſupernatat: ſic fit Balſamus peruuianus, oleum lauri, & ſimilia.*

N. 3. *Olea ſine* △ *expreſſa ſunt ſaporis gratioris.*

*Vſitatiora ſunt.*

Oleum Amygdalarum amarum, dulce
Auellanarum, *A.*
Balaninum è balano myrepſica.
Cannabis
Oleum Carthami, A.
Ceraſorum ex nucl. A.
Citri è granis, A.
Erucæ: ſem.
Hyoſcyami. ex ſemin.
Iuglandium, ex nucleis.
Lauri, A.
Lini ſem. A.
Macis.
Nigellæ, ex ſem.
Nucis moſchatæ, *A.*
Oliuarum ex oliuis maturis.
N. *Hoc Oleum intelligitur, quoties Olei ſimpliciter mentio ſit.*
Omphacinum ex oliuis immaturis.
Ouorum, ex vitellis.
de Palma, ſ. de palla.
Papaueris.
Perſicorum nucleor.
Pinearum.
Piſtaciorum, *A.*
Raporum ſem.
Ricinum, ſ. de Cheruâ.
Seſaminum, *A.*

---

## C A P. LXXII.

### *De Oleis per infuſionem & coctionem, &c.*

OLea hæc tum ſimplicia, tum compoſita officinis vſitatiſſima ſunt.

*Modus parandi.*

1 *Simplicia* recentia inciſa coquuntur in oleo mixto aquæ, vino, aliiuè liquori conuenienti, idque tantiſper, donec humiditas aqua exhalarit.

2 *Sicca ſimplicia* in oleo mero macerantur.

Commodior modus hicce eſt. Herbis exiccatis ac puluerifatis affunde oleum, digereque in MB horas (12) dein exprime fortiter, expreſſionem expone calori leni, vt feces ſubſideant, quas ſepara.

N. *Oleum communiter adhibetur oliuarum, interdum omphacinum, vel alind, de quo peculiaris ſemper occurrit admonitio.*

*Vſitatiora Olea inſolata ſimplicia.*

Oleum Abſynthii, cum Oleo Omplacino.
Abrotani.
Anethi.
Chamæmelinum
Cheyrinum
Cydoniorum, c. Omphac.
Enulæ, c. O. Seſamin.
Euphorbii, c. Ol. Cheyrino.
Febrifugum. 1.
Formicarum
*Hederæ* terreſtris.
Hyperici comp. Goleri. 2.
Ellenberg. 3.
Iaſminum.
Irinum.
Liguſtrinum, Cyprinum de Alcanna.
Lilinum.
Liliorum conuall.
Lumbricorum, c. Ol. Omph.

Maſtichinum, c. Ol. Omph.
Menthæ, cum Omph.
Melilot. ex fl.
Momordicæ, ex fruct.
Myrtillorum, c Ol. Omph.
Myrtinum, c Ol. Omph.
Nardinum ſimpl.
Nicotianæ
Nymphexæ alb. c. Ol. Omph.
Peſtilentiale. Bartol. 4.
Populeum
Purgans comp. 5.
Ranarum
Roſatum vulgare
Omphacinum
Rutæ
Sambucinum
Scorpionum ſimp.
è Styrace
Verbaſci
Verniſium. Vernix, c. Ol. Lini *vide libr. 4. Iuniper.*
Violarum ex fl.

N. *Huc pertinet & Balſamus ♀ is Lithargyrij, & ſimil. quæ nihil aliud ſunt quam oleum ſ. ſpiritus Terebinthinæ mineralibus illis impragnatus.*

*Olea cocta compoſita.*

Oleum de Capparibus.
Caſtorei
Coſtinum
Croci
Hyperici
Liliorum
Maioranæ. ſ. Sampſuchinum
Mandragoræ
Moſchellinum
Nardinum comp.
Papauerium
de Piperibus
Reſolutiuum
Roſarum Meſuæ.
Scorpionum compoſitum magnum
Stomachale Cratonis
Vulpinum
Zanetimum Melichij.
Cord. in append.

1. *Oleum febrifugum Strobelbergeri.*

℞. Ol. Nympheæ vnius ſaltem annis
Lumbricor.
Roſar.
Hyperic.
Amygdal. am. à. ℥j.

Mixtis impone ſcorpiones viuos.

N. 1x. Exponantur ſoli (· paretur ſi poſſibile in ingreſſu ☉ in ſignum ♍ vel ♋.) donec moriantur ſcorpiones, tunc etiam adde
Theriac. Andr. opt. ℥ß.
Relinquantur inſolari per ♂. 14.

Vires. *Eaſdem vires cum aliis ſcorpionum oleis libr. 5. deſcriptis obtinet. Inprimis tamen inſeruit Emplaſtro febrifugo conficiendo.*

2. *Oleum Hyperici compoſitum ſ. Balſa- Hyperici. Nobiliſs. Georg. Goleri à Rabenſtem.*

℞. Oleum Hyperic. opt. ℔. 1.
Vini generoſ. ſextar. tres
Ol. Terebinth.
Laterin.
Lumbricor. à ℥ij.
Cetæ ℥j.
Pinguedin. human. deſtillat.
Ol. de medulla (hum. vel ceru.) deſtill. à. ℥iij.
Theriac. Andr.
Mithridat. à ʒj.
Viſc. querc.
Til.
Coryl. à Mj.
Fol. Perſicar.
Rut. murar.
Pyrol. à M. iij.
Flor. Antirrhin. M. VIII.

Hyperic. M. IV.
Verbaſc. M. ij.
Betonic.
Centaur. min.
Prunell.
Conſolid. ſarcæ.
Ptarmic. Auſtriacæ
Chelidon. à M. I.
Sem. Antirrhin. ℥ß.
Hyperic. ℥iß.
Rad. Dracuncul. maculat.
Ariſtoloch. rot.
Symphyt. à Mß.
Scrophular.
Fabariæ ſ. Craſſul. mai. à Mj.

Bulliant ſiue coq. in diplomate vaſe optimè clauſo ud conſumptionem Vini. Exprimantur fortiter; poſtea imponantur:

Croc. ♂.
Mumiæ.
Maſtich.
Thur.
Myrrh. à ℥ij.

Denuo coq. leuiter, dein pro circulatione ponantur ad ſolem, hyeme ad fornacem.

N. *Non opus eſt prædictum oleum vel Balſamum de nouo ſæpius conficere, ſiquidem Balſamus iſte ad ſolem collocatus facile ex nouis floribus, ſuperius annotatis & foliis Perſicariæ & Pyrolæ, nec non de ſemine Hyperici augeri poteſt, & de nouo reſtaurari, & tantum inijciendo & ad tempus aliquod in ſole digerendo, poſtmodum hyeme colando & ad fornacem collocando. Quo enim vetuſtius hoc oleum fuerit, eò efficacius & nobilius euadet.*

Vſus & *Applicatio:* 1. *Hoc oleum ſiue Balſamus excellentiſſius exiſtit contra hauſta venena, introſumptus: Hac tamen conditiono, vt prius concitetur Vomitus per lixtuium vel oleum oliuarum calidè bibitum, vel quod melius per ▽ Nicotianæ ſ. Tabaci.*

2. *Calculum & arenas pellit, ſæpius in ouo cocto aſſumptum.*

3. *In magna quantitate exhibitum vermes ventris necat & expellit, præſertim ſi in ▽ Perſicariæ exhibeatur.*

4. *Prædicto modo vſurpatum, corpus ab omni corruptione & multis vlcerib. præſeruat, vt planè nulla in corpore humano ſiue interius ſiue exterius naſci queant.*

5.6. *Auriginem quoque & Hydropiſin diſcutit.*

7. *Interna itidem vulnera & quæ contuſa ſunt mirabili effectu curat.*

8. *Vomitum ſanguinis & Dyſenteriam vi compeſcit atque conſtringit.*

9. *Vulnera omnia externa, qualiacunque ſint, etiam ea quæ Venenatis armis inflicta fuerunt, mira celeritate Balſamica vi contrahit atque conglutinat, omnia alia vulnerum ſymptomata prohibens ac tollens, ſi linteola raſa in eo madefiant & vulnerib. imponantur, illa ſæpius lauando & extergendo. Poſſunt inſuper hoc oleo omnia Emplaſtra Stictica, quemadmodum & reliqua in ſua virtute & efficacia ſola malaxatione confortari, vt maioris inde virtutis & energiæ ſint.*

10. *In capitis v. vulnerib. vbi cranium quoque ad duram vel piam matrem læſum fuerit, optimè & ſtudioſe cauendum, ne prædicta linteola nimis humida vulnerib. ſupponantur, ſed antea perquam bene expreſſa ſint: Si vel vna gutta ſola ſuper duas illas membranas caderet, iam de vulnerato actum eſſet & inſaniam incurreret.*

11. *Præterea omnes impreſſiones magicas, ab imaginatione, iaculatione, imprecationibus*

*precationibus & lamiarum præſtigiis inſictas, ſtupendo plane modo irritas facit, & perſanat, tam interius aſſumptum, quam exterius illitum, applicatumuè.*

12. *Quod ſi alicui cultri, ligna, vitra, ſetæ, panni lacerati, fila, acus, crines, teſtæ & quæcunque alia intra corpus & ſtomachum vel & gulam, vnde ſuffocationis periculum incurrat, per incantamenta & præſtigias impacta fuerint, ſique nullis aliis medicamentis cedere velint, hoc oleo inungantur, ac ipſis quoque adhibendum exhibeatur, quantitate trium cochlarium. Admirabilem vim experieris: vel enim prædicta omnia, per aliquod magnum vlcus excitatum, tanquam aliquod emunctorium protrudet, vel per vomitum reiiciet, aut tandem per inferiora coget, ac tandem æger penitus incolumis citra omnem perditionem euadet: Balſamum hunc mecum communicauit Clariſs. Dn. D. Iohan. Chriſtophorus Giſenmenger. Phyſicus Imperialis, Reip. Heilbronnenſis, Amicus ac Fautor meus honoratiſſimus.*

3. *Oleum Hyperici compoſitum D. D. Erhardi Ellenbergij.*

℞. Fol. Hyperic. recent. M. iij.

Contunde modicè, deinde ſuperfunde

Ol. de ſcorpion. ſimpl. ℔. iij.

Ponantur in ⊙. per ♂ 4. Poſtea in MB. per 🝮.24. coque & fortiter exprime. Cola oleum per Colatorium vino albo lotum. Deinde adde.

Flor. Hyperic recent. contuſ.
M. iij.

Relinquito denuo ad ſolem 🝮 ♂ 4. & mox coquito in MB. cola vt ante. Idem repetendum cum florib. ſem. per recent. bis teruè, donec oleum ſanguineum acquiſiuerit colorem. Hinc

℞. Cymar. (ſemin.) Hyperic. immaturarum, modico vino albo generoſo madefactarum ℔. iij.

Coque in MB. per ♂. 3. poſtea exprime vt ante, & hoc reiterandum quater, ſemper cum cymis recentib. Poſt hæc

℞. Card. ſancti. (benedict.)
Meliſs.
Verben.
Scabioſ.
Betonic.
Chamædr. à. M ſ.

Contunde modicè & coq. in MB. per triduum: deinde cola. Colaturæ iniiciantur

Sum. Galeg.
Scord. rec. an. M. 1.
Centaur. min.
Diptamn. cret.
Roriſmarin. à Mß.

Coq. in oleo prius herbis contuſis per ♂ 3. in MB. F. colatum. Deinde

℞. Rad. Zedoar.
Diptamn. alb.
Angelic. gummoſ.
Ariſtoloch. vtriuſque
Carlin.
Valerian.
Gentian.
Tormentill.
Vincetoxic.
Cort. citr. ana ʒ iß.

Contuſa infundantur & coq. per ♂ 4. in MB. & exprim. fortiter ac interim iniiciantur.

Caryophyllor.
Macis
Scœnanth. à ʒi ſ.
Santal. rubr. ʒß.
Bacc. iunip.
Laur. à ℥ij.
Cinam. ac. ℥j.

Benzoin.

Benzoin.
Storac.cal. à ℥ v i.

Contuſa & hæc ponantur in MB per ♂. 3. dein colentur. Poſtea

℞. Bufon. N. ij

Natricem N. 1. { Serpentem nobis *Vnck* dictã ſeu Boam.

Aranear. viu. N. CC.

Iniiciantur in oleum prædictum & coque per ♂ 2. Poſtea abiiciantur & imponantur.

Rhabarb. el.
Myrrh fin.
Aloë Epat. à ʒ iij
Croc. ʒ j
Spic. nard. ʒ iß.
Theriac. Andr.
Mithridat. an. ℥ v i.

Coque in diplomate per 4. nec amplius coletur, ſed conſeruetur pro vſu.

Vſus. *Valet præcipue contra omnia Venena: Illinitur arteriis manuum, pedum & cordi, repetitur illitio tribus alternis horis. Peſtem tam curat, quam præſeruat. Febriles inſultus arcet (munctum dorſo, & meta carpiis manuum, pedumque plantis.) Dolores colicos demulcet. Vrinam prouocat. Vermes per ſeceſſum expellit (illitum vmbilico:) Valet ad vulnera quæ vel ab animali venenato, vel ferro infecto ſunt inflicta. In paronychia nihil præſtantius, ſi ſtatim ab initio antequam inflammatio venenoſa ſuperuenerit, facta fuerit inunctio.*

*Hoc oleo fruere ex communicatione Iacobi Holrzapffel Pharmacopæi noſtratis diligentiſſimi, Affinis mihi dilectiſſimi.*

4. *Oleum antipeſtilentiale Bartol. Bonacurſu Itali.*

℞. Flor. hyperic. ℔. 1.

Rad. tormentill.
Carlinæ
Ariſtol. rot.
Centaur. maj. an. ℥ v i.
Sant. omnium
Spic. nard.
Celt.
Dictamn.
Bacc. iuniperi
Zedoar.
Gentian.
Imperat.
Card. ben. an. ℥ ß.
Carpobalſ.
Doronic.
Cort. citri
Fol. perſic.
Artemiſ.
Rutæ
Beton.
Scord.
Camædr. an. ʒ iiij
Radic. Pimpin.
Valerian. maior.
Vincetox.
Been vtr. an. ʒ iiß.
Antor.
Scorzon.
Biſtort. an. ℥ v i.
Moſchi
Maceris an. ʒ ij.
Caryll. ʒ iß.

Macerentur per 3. dies in vini malu. ℔ v coq. exprim. expreſſo adde recentes ſpecies ſupra dictas, adde

Bufonem magn. viuum.
Viperam viuam
Ranam
Lacertas
Cochleas v.
Scorpion. L.
Lignialoes ʒ ß,
Theriac.

Mitrid.

Mitrid.an. ℥ij.
Benzoi.
Galbani an. ℥iß.
Laudani.
Succini
Myrrh.an. ℥j.
Ol.hyperic. ℔ij
Oliu. vet. ℔ v.

Cineribus ſtillentur omnia, fiatq; ter cohobatio, tandem oleum decantetur, quo inungitur cordis regio ſub axillis & inguina ad arcendam peſtem.

5. *Oleum purgans compoſitum S.Cloßæi.*

℞ Ricini American. &
Sem. cataput. minor.
Ebuli mundat. a. ℥ij.
Ebuli. mundat. à ℥ij.
Rhabarb. pulueris. ℥j.
Santal. citrin. ℥ß.

Contund. fortiter, donec abeant in paſtam, ex quâ per expreſſionem fortem, eliciatur Oleum.

*Doſ. gutt. vj. in iuſculo præpingui, aliàs ardorem in gutture excitat, quamobrem à nonnullis pilula vnica ex micâ panis duabus guttulis huius ol. inebriatâ fingitur, vel inter duas oblatas concluditur. Purgat* ἄνω καὶ κάτω *hydrope affectos.*

---

## CAP. LXXIII.

### *De Pilulis*

Pilulæ fieri poſſunt 1. ex rebus quibuſcunque ſiccis, beneficio viſcidi ac glutinoſi alicuius liquoris (Syrupi, Mucilaginis, Succi aliquantulum inſpiſſati, Extracti, & ſimil.) incorporatis.

2. Ex ſolis ſuccis extractiſuè in inſpiſſatis.

N. 1. *Salia liquationi fermentationique apta ſunt, idcirco ſi qua admiſcenda, in minima doſi admiſceri volunt.*

N. 2. *Extracta vel ſucci inſpiſſati rediguntur* commodius *in pilulas, ſi addatur nonnihil pulueris appropriati, quam ſi ſola inſpiſſatione incraſſentur.*

N. 3. *Poteſt & olei guttula vna ac altera inſtillari.*

*Modus fiendi.*

℞. Medicamenta conuenientia (pulueres,) atque cum liquore viſcido conueniente, contunde quam optimè in mortario, vt exactè cuncta miſceantur ac cohæreant.

N. *Pilulæ etſi ex omnis generis medicamentis parari poſſint, rariores tamen ſunt alterantes, crebriores purgantes.*

*Sunt*

*Pilulæ alterantes vſitatiores.*

Pilulæ de Bdellio, *Auguſt.*
Bechicæ, *Cord.*
Pilulæ Bechichæ albæ } nigræ } *conueniunt cum Trochiſcis, à quibus ſola forma differunt.*
de Caſtorio, A.
de Cynogloſſa A.C. *Renod.*

Diaphore

Diaphoreticæ, *vide infra*, N. 1.
Diureticæ, 2.
Antepilepticæ, 3.
Febriles, 4.
Narcotice Plateri, 5.
de Styrace S. Cloſs. 6.
contra Tuſſim, 7.

*Pilulæ purgantes.*

Pilulæ de Agarico Meſuæ, A, C.R.
Aggregatiuæ maiores Meſuæ ſ. Polychreſtæ, A.C.R.
Aggregatiuæ minores Meſuæ A.
Alephanginæ, ſ. aromaticæ, Pilulæ Solis Meſ. A.C.
Alephanginæ Valerii Cordi
de Aloë lota, A. & C.
roſata. A.
& Maſtiche, A. C.
de Ammoniaco, Querc. *inf.* 1.
Arabicæ Nicolai, A. C.
Arthriticæ, ſ. arthetichæ, A.C.
Arthriticæ Schæffer. 2.
Aſſaieret Auicennæ, A.C.R.
Aureæ Nicolai, A. C. R.

N. *Alias Pilulas huius nominis conſcripſit Marſilius Ficinus, quas & Magicas vocat, vide VVecker.*

Pilulæ Benedictæ, A.C. 3.
Cholagogæ, Querc. *v.* 4.
Ante cibum.

N. *Pilularum, quas ante cibum appellant, variæ occurrunt deſcriptiones. Sunt enim qui omnibus pilulis ſtomachicis id nominis imponunt. Renodæus ſtomachias Galeni ita communiter appellari ait VVeckerus diuerſas exhibet deſcriptiones. pilularum ante cibum, tum & pilularum ante & poſt cibum, dictarum.*

Pilulæ de Colocynthide Damaſceni, A. C.

*Dicuntur & hoc nomine Pilulæ de Nitro Tralliani.*

de Eſula, Fernelij, *v.* 5.
de Eupatorio maiores, Meſuæ, A.C.R.

N. *Potius Pilulæ de Rhabarbaro dicendæ ſunt.*

de Euphorbio Meſuæ, A.C.
de Euphorb. Quercetani, 6.
Febriles, 7. 8.
Febrifugæ Schæffer, 9.
Fœtidæ Meſuæ, A.C.R.
de Fumaria Auicennæ, A.C.R.
Gummoſæ, 10.
de Hermodactylis, A.C.R.
de Hiera picra, A.C.
Hieræ ſimpl. A.C.
de Hiera cum Agarico; A. C. compoſita, A.C.
Hydroticæ, A.
Hydropicæ, Bontij, 11.
Iliacæ Rhaſis, 12.
Imperiales, A.C.

N. *Renodæus alias exhibet, quas & Catholicas indigitat.*

Indæ Haly, A.C.
de Lapide armeno, C.
Lazuli Meſuæ, A.C.R.
de Ladano, 13.
Lucis maiores Meſ. A.C.
minores, Cord.
Marocoſtinæ, Mindereri, 14.
Maſtichinæ, conciliatoris, A. C.R.
Matricales Schæffer. 15.
de Mechoacanna, Renod.
de Mezereo Damaſceni, A. C.
de quinque generibus Myrobalanorum, Tralliani, A.C.
de Nitro. ſ. Diacolocynthidos A. R.
Octomeræ, ſ. de octo rebus, Nicolai, A.C.
de Opopanace, Meſuæ, A.C.
Panchymagogæ, Quercet. 16.
Peſtilentiales Auicennæ, ſ. communes, A.R.

N. *Cordo dicuntur peſtilentiales, Ruffi. ſeu de tribus.*

Peſtilentiales

Ruffi, A. C.
Peſtilentiales compoſitæ, 17.
Antipodagricæ, 18.
Polychreſtæ S.Cloſſ. 19.
de Rhabarbaro Meſuæ, A.C.
de Sagapeno, ſ. Serapino, Meſuæ A.C.
de Sagap. Quercetani, 20.
de *Sarcocolla* Meſuæ, *A.* C.
*Sine* quibus Nicolai. C.R.
Stomachicæ *Alkindi*, *A.* C.
Stomachic. Meſuæ C.
de Succino, 21.
Tartareæ melanagogæ, Querc. 22.
Tartareæ Bontii, 23.
Tartareæ meæ deſcriptionis, 24.

ALTERANTES.

1. *Pilulæ Diaphoreticæ S. Cloſſæi.*

♃ cinnabar. ♁ii rectificat. ℈j.
Præſeruatiui ex croco myrrh. & aloë ʒß.
*Cryſtall.* ♃ ℈j.
Ol. guaiac. q. ſ. ad incorporationem
F. pill. duæ, exhibeantur ſuper bibendo cochl. 1. acidi Guaiac. mixti cum tribus partibus vini alb.

2. *Pilulæ Diureticæ S. Cloſſ.*

♃ Tereb. Venet.
⊖ albi ana part. æq. M. in mortario marmor. terendo diutiſſimè. vſque dum ſimul incorporentur, quod difficultate non caret. *Doſ. eſt à ʒj. ad ʒij. Tereb. ⊖lo addita vim eius vomitiuam refrænat. & diureticam conciliat.*

3. *Pilulæ Ant. Epilepticæ S.Cloſſæi.*

℞. Præcipitati ſolaris per ſe in matracio △ febrili continuo, parati ʒj.
☿ mineralis ℈IV.
Ol. ♂ febrifugi (vt dicetur cap. de ♂) gutt. xx.
Extracti caſtor. per 🜈 euaporando facti
Succin. ana ℥j.
de pæon. mari cum 🜈 facti
Pæon. fœmin.
Bryon. ana ʒiß.
Fol. helleb. nigr. ſubtiliſſ. triturat. ℈ij.
F. puluis & cum ſucco porri maſſa pilularum, cui admiſce Ol. angelic. ſatiu.
Spiritus ⊖li ana gutt. x.
*Vſus: Cap. ante paroxyſmos aut poſt quadram ☾æ pill. duas ℈j. ponderantes, ſumendo poſtea inſculum carnium acido ⊖ li conditum.*

4. *Pilulæ febriles.*

℞. Extr. card. bened. ʒß.
centaur. min. ℈j.
c.c. vſt. præparat.
ſal. abſynth. à ℈ß.
Cum Syrupo de card. benedict. F. num. xx.
*Vſus. Exhibeantur ante paroxyſmum, expectetur que ſudor.*

5. *Pilulæ Narcoticæ Plateri.*

℞. Opij. puriſs. ʒ1.
Infunde ∇ vitæ ℥ß. diſſolu. lento calore, eodemque exſicca.
Deinde alia affuſa ∇ vitæ molleſcat, additis ol. cinam. pran 2.

*Poſtea.*

℞. Cinam. ʒij.
Sacchar. cand. ℥1.
Piper. ʒ1.
Sem. coriandr. ℈ij.
Croci ʒß.
Subtiliſſimè pulueriſatis adde opium diſſolutum, ſenſim opio pulueres miſcendo.
Poſtea cum ſyr. de papauer. redigantur in maſſam pilularem, addendo moſchi ℈ß.
Maſſa hæc diu in mortario agitetur, & nè exſiccetur, Ol. de Been parum ſubigatur. Seruetur in loco humido.
Vires. *Dolores ſopiunt, ſomnũ conciliant.*

*Doſis gran. 5. 6. Sennert. in Inſtitut.*

6. *Pilulæ de Styrace ſiue laudanum Pectorale.*

℞ Styrac. calamit. ℨij.
Laudan.
Olib.
Myrrh. an. ℨj
Succi glycyrrh. ℨiß.
Ambar. griſ. ℈j.
Extract. Opii per ✕ parati ℨj.
Croci cum 🜄 facti ℈iiij.
M. cum
Syr. de cort. citri ℨij.
F. Maſſa pilul.

*Doſis gran. x. Siſtit pertinaciſſimam tuſſim & catarrhum ferinum, Prægnantibus non ſine aborſus diſcrimine tuſſientibus multoties cum ſucceſſu dedit S. Cloſſæus Archiater apud Metenſes.*

7. *Pilulæ ad Tuſſim.*

℞. Succ. Glycyrrhiz.
Thur. ana ℥I.
Myrrh.
Croc.
Opii ana ℈j.
Cum Syr. pap. errat, q. ſ.
F. Maſſa.

Vires. *Catarrhos ſubtiles & ſalſos à capite ad pectus incraſſant, ebullitiones humorum ſiſtunt, tuſſimque ſedant.*

*Doſis à gran. vij. ad ℈ß.*

*Purgantes:*

1. *Pilulæ de Ammoniaco Quercetani.*

℞. Aloës cum ▽ Endiuiæ ſolutæ & purificatæ, ℥IV.
Gumm. ammoniac. in. + ſcyllit. ſoluti & colati.
Myrrhæ in Vino igne MB diſſout & dum calet adhuc, tranſcolati à ℥ß.
Maſtichis
Spec. Diatr. Santal. à ℥iß.
Croc. ℈ij.
Sal. Fraxini vel Abſynth.
Cum Syrupo de ſtœchade, vel de ſucc. roſatum.
F. Maſſa Pilularum.

Vires. *Purgant inſigniter tartarum, omnemque feculentam corporis materiam, magnoperè conferunt aduerſus omnes deſluxiones cachexias, oppilationes lienis, eiuſdemque duritiem & ſcirrhum, febres quartanas inueteratas: præſtantiſſimæ ſunt ad homines corpulentos euacuandos.*

*Doſis à ℈ß. ad ℈j. ad laxationem alui, alias aſcendi poterit vlterius.*

2. *Pilulæ Arthriticæ Guilielmi Erneſti Schæfferi Medici Francofurtenſis.*

℞. Reſin. Ialapp. ℥ß.
Eſſent Rhabarb. ℈ij.
Ariſtoloch. rot. ℈IV.
Gentian.
Tartar. vitriolat. an. ℈j.
Diagrid. roſat. ℈IV.
Mag. Chalyb. ℈j.
M. F. cum Eſſent. Fol. ſenn. Pilulæ numero xxx. pro ℨj. & deaurentur.

*Hæ pilulæ apprimè conueniunt in catharroſis deſluxionibus, inprimis; iis, quæ ad artus decumbunt, pituitam & ſeroſos humores blande educunt, & viſcera obſtructionibus liberant.*

*Doſis v. vj. vij. vel. ix.*

*Acuuntur interdum Troch. Albandal. Mag. Guti. gemm, &c.*

3. *Pilulæ benedictæ, F. F.*

℞. Aloës roſat. ℔ß.
Gumm. Ammoniac. in guttis ſ. puriſſimi, ℥ij.
Succ. card. benedict. inſpiſſat. ℥i.
M. cum vino albo, vel 🜄 card. bened. rectificata.

F. Maſſa.

N. *Aloë ſuccotrina puriſſima ſubtiliſſimè teritur, ſuccus roſarum incarnatarum ad pultis conſiſtentiam permiſcetur, ſiccatur, teritur.*

*Vſus ante & poſt paſtum, imo eius initio de fine.*

*Doſis gran.xv. ℈j. &c.*

4. *Pilulæ Cholagogæ de Centaurio Quercetani.*

℞. Succor. optimè depuratorum
Centaurii minor.
Roſar. pallidar.
Eupator. Meſuæ.
Rad. oxylapathi à ℥ iv.

Quibus adde aloës præparat. (ad modum Quercet. vide libr. 4.) ʒ vi.

Digerantur ♈.

hor. duodecim, vt fiat perfecta diſſolutio & mixtio, dein omnia coagulentur ad mellis conſiſtentiam.

Cui adde
Pulu. Rhabarb. ℥ i.
Xylo aloës
Myrrhæ à ʒij.
Croci
Cinamomi à ʒß.
Spec. Diatr. ſantal.
Trochiſc Diarrhod. à ʒ i.
M. F. Maſſa.

Vires. *Proſunt in omnibus febribus biliofis, arquato morbo, & cachexia. Iecoris itidem cæterarumque partium, nutritioni dicatarum, obſtructionibus mirificè auxiliantur.*

*Doſis à ʒß. ad ʒ.*

5. *Pilulæ de Eſula Fernelij.*

℞. Corric. rad. Eſulæ minor. maceratæ hor. 20. in ♆ & ſucco portulacæ ʒij.
Grana Ricini expurgata & torrefacta numero xv.
Mirobalancr. citriner. ʒiß.
Chamædryos
Chamæpityos
Spicæ nardi
Cinnamomi ana ℈ij.

Omnia tenuiſſimè trita excipiantur Tragacanth. ▽ roſar. ſolut. ℥ i.

F. Maſſa.

N. *Eſula non ſit recens, ſed ſaltem ante menſes octo collecta.*

Vires. *Valde turbant, ſed ſunt efficaces in corporibus robuſtis.*

N. *Minus exiccabuntur, ſed & minus efficaces erunt, ſi excipiantur ſyrupo roſarum ſolutiuo, non mucagine Tragacanthi.*

*Doſis à ℈j. ad ℈iß. &c.*

6. *Pilulæ de Euphorbio, Quercetan.*

℞. Euphorb. præparat. (ad modum Quercet. vid. lib. 4.) ℥ i.
Spic. nardi.
Maſtiches à ʒ vi.
Opopanac.
Sagapeni præparat.
Bdell. ana ℥ß.
Agaric. troch.
Troch. Alhandal. à ʒiij.
Syrupi violati aciduli, q. ſ.
F. Maſſa.

Vires. *Mirabiles ſunt contra omnis generis febres chronicas, intermittentes atque quartanas, nec non contra omnes cachexias, hydropiſin & colicos dolores. Doſis. à ℈j. ad ℈ij.*

N. *Habet Quercetanus & pilulas peſtilentiales de Euphorbio.*

7. *Pilulæ Febriles ſ. ♁ iales ad febres Hartmanni.*

℞. Vitri ♁ ii (iuſto tempore ſi fieri poteſt, & diligentiſſimè) præparati præterea que cum ſpiritu ⊕i albificati & tenuiſſimè puluerisat. ℥ß.
Sacchar. candi ℥ iii.
Farin. tritic. ℥ iv.

Croc. elect. ℈j.

Coque cum 🜄 commun. l. △ ad conſiſtentiam pultis, cauendum tamem ſtudioſè, ne in ſine maſſa aduratur, ſed ferè panis formam habeat. Aſſeruentur in integritate ſua quadriennium: Poſtea tandem ſcabritiem contrahunt, minus deinde vtiles.

Vires. *Mirificè febriles mineras, aliaque ſymptomata exhauriunt. Exhibentur ante paroxyſmi inſultum, cum veſtigia horroris gliſcunt.*

*Doſis à ℈ß. in pueris; ad ʒj. in adultis fortioribus.*

8. *Pilulæ febriles ad quartanum Sennerti.*

℞. Ol. ♄ ii ſaccharati. ℥ı.
Aloës ſuccotr. ʒß.
Ambr. gryſ. ʒij.
Croc. ʒiiß. (vel eſſent. croc. ʒı.
F. Maſſa pilularum.

Vires. *Purgat per inferiora, nonnunquam per ſudorem.*

*Doſis ℈ß. ante paroxyſmum, cum conſeruа v. g. roſarum, &c.*

N. *Dicitur Laudanum mercuriale,*

9. *Pilulæ febrifugæ D. D. Schæfferi.*

℞. Sp. hier. picr.
Reſin. Ialapp. an. ʒij.
Fecul. Aron.
Eſſent Rhabar.
Lign. Colubr.
Gentian.
Centaur. min.
Roſar. rub.
Diagryd. roſat.
Tartar. vitriolat. an. ℈j.
Ol. citri g. v ı.
M. F. cum Eſſent. Fol. Sen.
Pilulæ n. xxx. pro. ʒj.

*In omnibus febribus intermitentibus admodum vtiles ſunt & in ventriculi compreſſionibus, eiuſque cruditatibus à bile & pituita ortis, vermes quoque expellunt.*

*Doſis iij. iv. v. vj. vij.*

10. *Pilulæ gummoſæ S. Cloſ.*

℞. gumm, ammon.
Galban. in aceto ſcyllit. liquat. & per linteum traiect. a ʒiij.
aloës in veſicâ.
myrrh. ana ʒij.
maſtich.
croci Orient. an. ℈ij.
turbith.
agar. trochiſc. an. ℈ı v.
trochiſc. alhand. ʒj.
ſcammon. præpar. in 🜍 ʒiß.
balſam. Peruu. tepidi ʒiij. M. omnia ſimul, & adde ☿ cum ☉ præcipit. ʒij.

F. Maſſa pilul. in alutâ ol. amygdal. dulc. inuoluenda; coquenda ſunt lento △ donec + paulatim euaporato (ſpatulâ ſemper agitando) materia in maſſam reducatur.

*Doſis Cap. ij. aut iij. inſtar baccarum iuniperi horâ primâ ante prand. & in ingreſſu tecti.*

Vires. *Dupliciter agunt in morbis quartanariis, hydrope, cachexiâ, chloroſi meſtruis prouocandis, iſtero vtroque; primo per vim ſuam attenuantem & emoll. materiam præparant Catharcticis expellendam; ſecundo humores liquatos fluxileſque redditos blandè expurgant*

11. *Pilulæ Hydropicæ Bontij, Medicj apud Hollandos quondam celeberrimi.*

℞. Aloës opt. ʒiiß.
Gumm. gutt. gam. ſubtiliter puluer. & cum maluatico diſſoluti & læuigati, ʒiß.
Diagryd. eodem modo parat. ʒı.
Gumm. ammoniac. ʒiß.
♃ 🜔 lat. ʒßx.

Cum

Cum ſyrup.roſ. ſol.

F. Maſſa.

N. *Hæ ſunt illæ pilulæ, ex quibus vna cum ♃reis, infra deſcriptis, Bontius, Principis Auriaci Medicus maximam ſibi famam acquiſiuit.*

Vires. *Educunt aquas potenter.*

*Doſis à ℈ß. ad ℈j.*

12. *Pilulæ Iliacæ Rhaſis.*

R. Colocynthid.

Sagapen. ana ʒvi.

Diagryd. ʒij.

Cum ſucco porri.

F. Maſſa.

N. *Alij omiſſo ſucco porri, ſoluunt ſagapenum in vino, eoque reliqua ſuſcipiunt.*

Vires. *Soluunt paſſionem iliacam ac colicam, cephalalgicis, hemicranicis ſalubres ſunt. Verum cum iudicio vſurpanda.*

*Dantur à ℈ß. ad ʒ ſ.*

14. *Pilulæ de Ladano.*

℞. Ladan. ʒß.

Maſtich. ʒj

Calfiant in mortario & diſſolutis adde

Troch. Alhand. ʒiij.

El. de ſucc. roſar. ʒß.

Cum Syr. roſ. ſol. q. ſ.

F. Maſſa.

Vires: *Subducunt aluum, mucilaginemque ♁ream emolliunt & expurgant, vſuſque ſunt inſignis in dolore colico.*

*Doſis à ℈j. ad ʒj.*

*Greg. Horſt. obſ. part. 1. l. 4. obſ. 11.*

14. *Pilulæ Marocoſtinæ Mindereri.*

℞. Mari veri.

Croc. orient. ana ʒ1.

Agar. trochiſc.

Coſt. veri Indici.

Myrrh. elect. à ʒiß.

Ammoniac. thym. ʒiij.

Rhabarb. el. ʒvi.

Lign. Aloës ʒß.

Aloës ſuccotrin. &c.

1. Soluatur ammoniac. in 🜊 ſcyllit.

1 Diluatur myrrha læuigata in 🜊 rutac.

3. Diluatur aloë læuigata in mucharo roſar. ℥vi. defecetur, coleturque.

Hinc miſtis his tribus, affunde ſucc. limon. aut citri. ℥iv. addeque agaricum cum ſuccis apii, fœnic. & abſynth. in pulticulam ſubactum, accedente modica irroratione 🜄 cinamomi, vt & Rhabarbarum ſimili modo cum ſuccis cichor. pimpinellæ ac fumariæ ſubactum.

His ita mixtis, terantur crocus, coſtus & lignum aloës, diluanturque cum aqu. roſar. fragr. & ſucc. citri ana.

Tandem confunde vtrumque & affunde.

Aqu. Lupul.

Borrag.

betonic. à ℥iv.

Card. bened.

Agrimon.

Iv. arthetic.

Centaur. min.

Roriſmarin.

Ceraſ. nigr. à ℥iv.

Degerantur in MB ♂ ℘ 3. dein decantetur, filtretur & abſtrahatur in MB. poſtmodum inſpiſſetur ad conſiſtentiam pilularum.

Ex fecibus reſiduis fiat de nouo Extractio cum extillata & illa abſtracta 🜄 ſ.a. exprimatur leuiter, coletur & inſpiſſetur pro pilulis.

Vires. *Mucilaginem tartariam in ventriculo, meſenterio, liene, epate collectam incidunt, paulatim educunt, viſcera eadem, vt & caput ſimul roborant.*

*adeoque morbis quamplurimis inde ortum trahentibus ſuccurrunt. Vide & pilulas Tartareas Querc.*

*Doſis à ℈ß. ad ℈j. Extracti prioris; poſterius enim doſi exhiberi poteſt maiori.*

15. *Pilulæ matricales D. D. Schæfferi.*

℞. Sp. hier. picr. ℥ß.
Extr. Aſar.
Gentian.
Ariſtoloch.
Helen.
Myrrh.
Dictamn. alb.
Rub. Tinct.
Croc. an. ʒß.

M. F. pil. cum Syr. Artemiſ. inſtar. piſorum.

*Menſes cient & puerperia promouent, vterum ab impuritatibus liberant.*

16. *Pilulæ Panchymagogæ Quercetani.*

℞. Aloës optime præparat. (modo Quercetan. vide libr. 4.) ℔ß. affunde ſuccum violarum optimè per digeſtionem deputatum, atque ad mellis conſiſtentiam inſpiſſatum, expone calori ſolis vel ſimili, ſingulis diebus rudicula lignea agitando, ſic exactè paucis diebus commiſcebuntur. Mixtioni ſuo tempore (prout habere recenter poteris,) adde de

Succorum (optimè per digeſtionem deputatorum, & ad mellis conſiſtentiam inſpiſſatorum.) ſc.

Florum primulæ veris
Perſicæ arboris
Roſar. pallidar.
Cichorij.
Bugloſſ.
Hyperic. an ℥iv.

His cum Aloë perfecte mixtis, (erit Maſſa ℔. ij.) adde.

Extract. Sennæ.
Agaric.
Rhabarb. à ℥ij.
Cinnamomi.
Pulu. fœnic.
Aniſ. ana ʒı.
Spec. Diatriaſantali. ℈iv.
F. Maſſa.

17. *Peſtilentiales compoſitæ.*

℞. Aloës epatic. puriſſ. ℥j.
Croc.
Myrrh. an. ʒj.
Zedoar.
Gentian. an. ʒj.
Rhabarb. el. ʒij.
Agaric. alb. ʒj.
Theriac. Andr. nucis Iugland. quantit.

Species puluериſentur ſeorſim, dein miſc. in mortario. Ex maſſa f. Pilulæ inſtar piſorum.

Vires. *Memoriam roborant, viſum acuunt, omnia membra confortant, tormina ventris ſedant, aluum laxant, cruditates tollunt, putredinem, peſtilentialéſque morbos arcent. Quin & ſudorem cient, adeoque Panacææ inſtar nonnullis habentur.*

*Prophylaxeos cauſa ſumitur Pil. N. 1. ſingulis diebus. Curationis vero viij. vel x. cum aq. conuen. ægerque benè tectus ſudet.*

N. *Sunt qui Pilulas Ieſu vocant, ſecretaſque ſic habent.*

18. *Pilulæ antipodagricæ Doringi.*

℞. Pulu. Chamæpith.
Chamædr. ver. an. ʒij.
Centaur. min.
Rad. ariſtoloch. rot.
Rhapont. ver.
Gentian.
Sem. hyperic.

Cran.

Cran. human. præpar.
an. ʒiß.
Rad.Cichor.
Santal.rub.an.ʒi.

Incorporentur cum ſ. q. ſucci Chamæpith. addendo nonnihil terebinth. cypr.pro meliore vnione. f.pil.pro libitu.

*Vſus:* aſſumantur per 30. dies ſingulo trimeſtri pondere ʒß. Horſt. obſeru. l.3.obſer.3.pag.258.

19. *Pilulæ Polychreſtæ S.Cloſſ.*

℞.Extract.aloës cum ſucco cichor.præpar.℈iv.
Colocynth. per aq. fumar. parat.
Reſin.ſcammon. ſubtil. pulueriſat. an. ℈ij.
Croci Angl. puluer.
Salis 🜿.
Myrrh.troglod.
Flor. 🜍 benzoinat.a.℈j.
F. Maſſa.ſ.a.

*Doſis ℈j.ieiuno ſtomacho mane ſumenda aut tribus poſt cænam horis. Omnis generis humores purgant.*

20. *Pilulæ de Sagapeno Quercetan.*

℞.Sagapen.gummoſ.depurat.ʒvi.
Ammoniac.depurat.ʒiij.
Extract.trochiſc. Alhand.℥i.
Diagryd.℥ß.
Salis gemm.ʒiß.

Cum ſyrupo violato acidulo & tincto, f. Maſſa, ex qua conficiantur pilulæ in piſi vel ciceris formam.

Vires. *Admirandi ſunt effectus in febribus quartanis, diſſoluunt nimirum feces gummoſas, & tenaciter corpori noſtro adhærentes.*

*Doſis, vnica pilula initio paroxyſmi, continuando aliquot dies. Sed vſum earum præcedat præparatio, v.gr. cum decoctis præparantibus melanagogis, & ſimilibus.*

21. *Pilulæ de Succino Cratonis.*

℞.Pulu.Succin.
Maſtich.à ℥ß.
Aloës ʒx.
Agaric. ʒiij.
Ariſtoloch.rot.veræ,ʒi.
Cum Syrup.de Betonic.q.ſ.
F. Maſſa.

Vires. *Aluum leniter ſoluunt, caput roborant, adeóque à catarrhis præſeruant. Præſcribit Author bis in menſe, ſumereque iubet poſt primum ſomnum.*

*Doſis ʒ. Crato.*

22. *Pilulæ Tartareæ ſeu Melanagogæ. Quercetani.*

℞. Cryſtall.vel cremor. 🜿. ℥iij.
Polypod.quern. ℥ij.
Paſſul.corinthiac.ʒiß.
Myrobalan.omnium ana ℥ß.
Flor.Bugloſſ.
Borragin.
Nymph.ana p. i.

Coquantur in ſ. q. aquarum fumariæ & ſcolopendriæ ad medietatis conſumptionem. Hinc

℞. Decocti huius depurati ac clarificati.℔.ij.
Succi pomorum redolentium depurat. ℔.i.
Adde
Foliculorum ſenæ mundat. ʒiij.
Turbith.
Rad.hellebor. nigr.veri à ℥iß.
Macis.
Myrrh. el.℥i.
Caryophyll.
Cinamom.
Epithym. à ℥ʼ.

Macerentur & digerantur ad ignē [illegible] (ſ 4. ) vaſe vitreo clauſo; dein dum materia adhuc feruet, fiat expreſſio, vel per ſetaceum traiectio, cui adde aloës depurat. ℥iii. omnia ſufficienter

coagulentur

coagulentur ad ignem lentum: addendo ſub finem dum ferè refrigerata erit materia.

℞. Spec. Diarrhod. abb.
Lætific. Gal.
Troch. Dialac. à ʒ 1.
Sal. Abſynth.
Fraxin. à. ʒij.
Eſſent. (tinctur.) croci. ℈ij.
Ol. aniſ. aliquot. guttul.

Reducantur in bonam pilularum conſiſtentiam.

N, *His pilulis adiicit interdum Eſſentias Aloës & Scammon, Eſſent, (Extract.) Rhabarb. à ʒiß, Eſſent. (Extr.) Sen. ʒ i. & Eſſent. (Extract.) Trochiſc. Alhand. ʒß. plus minus. vocatque polychreſtas.*

Vires. *Admiranda illarum virtus* (inquit Querc.) *nunquam ſatis laudari poteſt, purgant vtramque bilem, omnes humores craſſos, tartareos, ſalſos & mucilaginoſos radicitus eliciunt, vel è partibus etiam profundiſſimis; ſuccurrunt diuerſis maniacis & melancholicis affectibus, febribus quartanis opitulantur, & conducunt aduerſus pſoram, cancrum, lepram, & luem veneream, eo quod purificent totam maſſam ſanguinis à variis corruptionibus, diuerſorum effectuum effectricibus cauſis. Sumi poſſunt mane ac veſperi poſt cœnam parciorem & ante ſomnum.*

*Doſis ℈. vel ℈iß. ad ſummum.*

23. *Pilulæ ♃reæ Bontij.*

℞. Aloës ſuccotr. el. ʒiij.
Gum. ammoniac. (cum + ſquill.) depur. ʒiß.
⊖ lat. ℈ß.
F. l. à Maſſa.

Vires. *Prioribus ſubſtitui poſſunt, maximi enim ſunt leuaminis in morbis ♃reis, quales ſunt affectus hypochondriacus, obſtructio lienis, meſenterij, &c. Incidunt enim tartaream mucilaginem, inprimis quæ in prima ventris regione collecta eſt, eamque per deiectionem expurgant.*

*Doſis à ℈j. ad ʒj. mane vel ante cœnam. ℈ß.*

N. 1. *Tantæ ſunt apud Hollandos æſtimationis, vt piaculum habeant, communes eas reddere.*

*Duplicis autem circumferuntur ibidem ſortis.*

1. *Parantur vti iam dedimus.*

2. *Recipiunt Extractum Rhabarbari paratum ex Rhabarbari el. ʒß. & corrigentibus ſpec. diamargarit. frig. & diarrhod. Abbat. à. ʒ i. in ſucco citri per noctem maceratis, in quorum colatura diſſoluuntur ſpecies ſuperiores, fitque l. a. Maſſa. Et ſic reſpiciunt magis Epar, regionemque ſecundam bile leuant.*

N. 2. *Eadem illæ priores pilulæ, addito ſtyracis ℈. noſtratibus in vſu ſunt ex ordinatione D. D. Petri de Spina. Medici vt celeberrimi, ita dexterrimi.*

24. *Pilulæ ♃reæ meæ deſcriptionis.*

℞. Aloës lucid. fragar. id. eſt, cum ſucco fragorum inſuccatæ. ʒ1.
Reſin. ammoniac. ʒiiiß.
Sal ♂ ſubdulc,
Eſſent. croci orient. à. ʒ1.
Magiſter. ♃i purgant. in ▽ bugloſſæ aliquoties ſoluti & coagulati. ʒij.
Extr. Gentian. ʒiß.
Cum tinctura ♀ j.
F. Maſſa.

Vires. *Saburram tartaream & mucilaginoſam ex infimo ventre inprimis educit, Lienem, Vterum & Epar infarctu liberat, morboſque inde prognatos feliciſſimè curat.*

*Doſis ℈ß. veſperi ante cœnam aſſumpta.*

*pta. Quippe die ſubſequenti leniter deie-ctiones aliquot cauſatur.*

N. *Conſtitueram pilulas has, vtpote quarum operationes optatas multoties expertus ſum, mihi ſoli reſeruare, at vincit candor, & amor in proximum, cuius ſaluti non prodeſſe, vetat conſcientia.*

N. *Deſideras forſan, amice Lector, in numero Pilularum, Angelicas, vulgò dictas, quas Clariſſ. D.D. Hartmann. Beyero, p.m. Officinæ noſtræ acceptas referunt. Has libentiſſimè inſeruiſſem, niſi cautum eſſet illas propalare. Eapropter excuſatum me habeas, certóque tibi perſuadeas deſcriptiones multorum ingredientium, quas pro Angelicis venditari videris, non eſſe genuinas, ipſæ enim duobus ſolis nituntur vegetabilibus. Suntque Extractum propriè dictum, Extracto impropriè dicto, commixtum, &c.*

---

## CAP. LXXIV.

### *De Potionibus.*

POtulentorum genera in Praxi vſitatiora diximus eſſe Apozemata ſeu Decocta, Aquas, Emulſiones, Infuſiones, Potiones, Potionesque alias. De prioribus alias dictum, de poſteriori hic loci agendum.

Eſt Potio de qua hic agimus liquor, in quo alia Medicamenta craſſiora diluta ſunt, & præcipuè purgantia: Quin & ſolæ infuſiones nonnunquam ſufficiunt.

Modus ergo parandi ſola ferè mixtio eſt, quam, ſi res diluenda ſeu diſſoluenda, viſcoſa & tenax fuerit, in mortario abſoluere conuenit.

Liquor adhiberi poteſt varius, vſitatius tamen recipiuntur Decoctiones, Infuſiones & maximè Aquæ deſtillatæ.

Res diſſoluendæ ſunt Syrupi, Electuaria, Extracta, Manna, pulueres & ſimilia.

*Exemplo ſint.*

1. *Potio Purgans.*

℞. Extr. Fol. ſen. ʒß.
Rhabarb. ℈ß.
Cnicopharm. ʒß.
Syr. Diaſer. ʒß.
Roſar. ſolut. ʒv.
Aq. Cinam. j. (ad ſaporem, &c.
Fl. Acac. ℥j.
M. F. Potio pro vna vice.

Vires.) *Educit humores bilioſos & pituitoſos.*

2. *Alia.*

℞. Fol. ſen. ʒiiß.
Epithym. ʒij.
Rhabarb. el. ʒiß.
Spic. celt. ℈j.
Infundantur in decoctione pectorali, q. ſ. per. noctem.
In colatura diſſolue.
Syrup. roſat. ſol. ℥iß.
confect. Hamech. ʒiſ.
F. Potio.

*Purgat humorem melancholicum.*

3. *Potio ſudorifera.*

℞. Diaſcord. Fracaſtor. ℈iiß.
Aqu. ⦶ ♀r. ℥ij.
Mell. Gran. Iuniper. ℈j.
Extr. card. bened. ℈ß.
Aqu. card. bened. ℥ij.
M. F. Potus.

 Vires

Vires. *Sudorem movet, viriumque inſignium eſt in febribus malignis.*

4. *Alia ſudoriſera.*

℞. Liquor. Lumbric. ℥iij.
Theriac. Andromach. ℥j.
Spir. ♃ i. ℈j.
Aq. cinam. ℥i.
Mixtur. ſimpl. ℈i.
Aq. Veronic. ℥iß.
M. F. Potus.

Vires. *Admirandarum virium eſt in arthritide vaga, ſi ſemel ac iterum repetatur.*

5. *Potio Vulneraria.*

℞. Herb. Sanicul.
Veronic.
Pyrol. an Mii.
Conſol. Sarac.
Trichoman. ana M i.
Flor. Borrag.
Bugloſſ. ana p. i.
Sem. Aniſ.
Fœnic. ana ℥ij.
Cinam. ʒiii.
Iuiub. N. vi.
Dactyl. N. iij.
Bulliant in ſ.q. aq. hord. ſ.a.

Vires. *Convenit in vulneribus præcipuè pectoris, ubi & expectoratio neceſſaria eſt. Sumantur de die ℥iij. cum ℈ij. ocul. cancri. Glandorp.*

N. *Plures vide apud Quercer. & alios.*

*6. *Alia potio Vulneraria.*

℞. Herb. Vinc. peruinc.
Millefol.
Betonic.
Alchimill. ana M i.
Rad. Zedoar. ʒij.
Vincetoxic. ʒj.
Nuc. vomic. ʒij.
Macis ʒß.
Nuciſt. ʒ i.
Galang. ʒij.

Coq. in aq. & vini ana menſ. ſ. ad caſum digitor. 2. tranſverſorum. Colaturæ exhibeantur ℥ iv. mane ac totidem poſt meridiem.

N. *Formulas plures habes in Quercetan. Rediu. tom. 2. pag. 859. & alibi.*

---

## CAP. LXXV.

### *De Pomis Ambræ.*

POma ambræ fiunt ex odoratis pulveribus, (addi & olea poſſunt,) qui cera, ſtyrace liquida, balſamo indico, mucilagine Tragacanthi, cum tantillo Terebinthinæ ad tenacitatem ſi opus ſit, ſuſcepti, additaque ▽ roſarum, vel ſimili optimè incorporati, in globulos prout viſum fuerit, rediguntur.

N. *Nomen mutuantur ab Ambra, non quod ea neceſſariò & ſemper ingrediatur, ſed quia odorem ſuavem ſpirant, adeoque ambram æmulantur.*

*Exemplo ſint.*

*1. Odoriferum Crollianum.*

℞. Macis.
Caryophyll.
Cinamom. vel caſſ. lign. odorat. an. ʒij.
Moſchi ʒß.
Zibett. ʒij.
Gumm. arab. ʒ i.
Tragacanthi, prius ſuprà fornacem ſiccati. ʒij.

Hæc duo gummata cum moſcho terantur.

Omnibus

Omnibus diligenter tritis, miſce Zibettam, & affunde aquam Namphe, (id eſt, ex floribus aurantiorum,) ſeu Damaſcenæ odoriferæ pro libitu, (ex odoratis ſpecificis & ∇ roſarum præparatæ, in qua prius per 8. dies in digeſtione modicum de Paracelſi carbon. vel Zibetta occidentali admixtum ſit,) atque incorpora.

N. 1. *Carbon ſeu Zibetta occidentalis, quantum ex Paracelſi archidox. coniecturari poteſt, nihil eſt aliud quam ſtercus ſeu 🜔r humanum, in digeſtione aliquandiul poſitum, & ex fœtidiſſimo illo odore, ſponte ſua longa digeſtione ſummã ſuaueolentiam nactum. Vide Hartman. in Croll. vt & lib. 5. claſſ. 1. vt & Agricol. in comm. Popp.*

N. 2. *Poterit & parari, ſi pulueriſata illa mucilagine Tragacanthi (in ∇ a odorifera ſoluti) ſuſcipiantur.*

Vires ac Vſus. *Adhibitum naribus odore ſuo ſanguinem mouet, & cor ſupra modum refocillat, Apoplexia, Epilepſia, Colica, Suffocatione matricis, peſtilentiali aura.*

N. *Miſceri poteſt tantillum cum oleo nuciſta expreſſo, vt fiat q. linimentum, & in ſupra dictis morbis debito modo adhiberi. Croll.*

2. *Aliud Pomum ambra.*

℞. Storac. calamit. ℥iß.
Benzoin.
Laudan. ana ʒß.
Caryophyllor ℥ij.
Nuciſt.
Macis ana ʒ1.
Rad. ireos fl.
Cyper. rot. à ʒiß.
Fl. Roſar. ʒ1.
Lauendul.
Maioran. ana ℈ß.
Storac. liquid. ʒ1.
Zibett. ʒß.
Moſch. ℈j.
Cum Balſamo indico & ∇ roſar. ana q. ſ.
F. Maſſa.

3. *Aliud.*

℞. Ladani pur. ℥1.
Styrac. calam. ℥ij.
Benzoin. ℥1.
Nucis moſchat.
Cinamom.
Macis ana ʒß.
Coriandr.
Garyophyllor. ana ℈j.
Maſtich.
Oliban. ana ℥i.
Lign. Aloës. ʒß.
Ambr. gran. v.
Moſch. gran. x.
F. Maſſa.

4. *Aliud.*

℞. Styrac. cal. ℥ii.
Maſtich.
Thur. maſc.
Sandarach. à. ʒiß.
Coſti,
Spic. à ʒ1.
Lign. aloës ping. ℥iii.
Moſch.
Ambr. an. gran. aliquot.
Terebinth. parum.
F. Pomum.

*Fluxus inhibet.*

N. *Videſis & apud Auguſt. Pom Ambræ, 1. 2.*

## CAP. LXXVI.

*De Præparatis.*

PRæparata Officinarum communiter, & in ſpecie ſic dicta, *nihil* aliud ſunt, quam ſimplicia nonnulla duriuſcula in tenuiſſimum puluerem, accedente aqua aliqua cordiali, redacta.

Talia ſunt: Terræ, Lapides, Perlæ, Corallia, Vngulæ, Cruſtacea. (teſtacea.)

℞. Rem præparandam, læuiga ſuper porphyrite, lapide verſatili quam minutiſſimè, inter læuigandum aſperge aquam aliquam cordialem, (vt plurimum ▽ roſarum adhibetur,) vt fiat inſtar pultis, hanc expone loco tepido vel aëri, vt in vmbra exiccetur.

N. *Quæ ſolidiora & duriora, adeoque minus læuigabilia ſunt, vſtione antegreſſa calcinari friabiliaque reddi ſolent, vt cornua, oſſa, cruſtacea, & ſimil.*

*Vſitatiora ſunt*

Præparat. Cinnabris.
Conchæ marinæ
Corallia alba
rubra
Cornu cerui vſtum.
Cranium human.
Cryſtalli
Granati
Hæmatites.
Hyacynthus.
Lapis armenus.
Iudaicus.
Lazuli.
Magnes
Mandibula Lucij piſcis.
Margaritæ.
Mater perlarum.
Ocul. ♋.
Oua Struthij.
Percarum lapides.
Rubinus
Sapphirus
Smaragdus
Succinum
Tutia.
Vngula alcis.

## CAP. LXXVII.

*De Pulueribus, & Speciebus.*

PVlueres ac ſpecies fiunt tritura læuigationeuè, quarum apparatus nonnunquam, exiccatiō, calcinatioque antegreſſæ.

N. 1. *Res ſi ſubtilioris volatilioriſque fuerint ſubſtantiæ, trituram minus fortem expetunt.*

N. 2. *Res pulueriſandæ, etiamſi commiſceri debeant, ſi ſint diuerſæ duritiei, ſeorſim terantur.*

N. 3. *Quia virtutes pulnerum facilè euaneſcunt, præſtat, quorum pulueriſatio ſine mora perfici poteſt, niſi crebrioris ſint vſus, integra aſſeruare.*

Pulue

Pulueres ſunt tùm ſimplices, tùm compoſiti.

*Simplices magis vſuales ſunt.*

Puluis Agarici
Aſari
Aurantiorum corr.
Caryophyllorum
Cinnamomi
Croci
Cubebarum
Concharum febrilis, *v. lib.* 5.
Glycyrrhizæ
Hellebori, albi
Ialappæ
Lumbricorum
Mechoacannæ
Rhabarbari
Santalorum cunctorum
Senæ
Puluis Serpentum, *vide libr.* 4.
Tormentillæ
Ventriculi gallinarum
Zingiberis.

*Pulueres compoſiti proſtant ſub titulo puluerum vel ſpecierum.*

*Sunt vſuales pulueres alterantes.*

Puluis contrà Abortum, *Auguſt.*
Adſtringens Galen. A.
Alexiterius Sal. *infra* N. 1.
Anonymi contra Phthiſin, A.
Bezoardicus Nicol. A.
*NB. Alium habet Renodæus*
Bezoart. ſine precioſis, 2.
cum precioſis. 3.
Electuarii de bolo, A.
Cachecticus Quercetani, 4.
Cæſaris gryſeus, A.
rubeus, A.
contra calculum, A,
ad caſum, A.
Cathæreticus pro oſſib.
S. Cloſſ. 5.
de cineribus Auicen. A.
de cypero. 6.
Cypheos, A.
ad dentifricia, A.
Dentifricius, 7.
Alius S. Cloſſ.
contra defluxiones. 8.
Dyſentericus, 9.
Epilepticus Marchionis cum & ſ. Vnicornu, A.
Antepilepticus de ſecundina, 10.
Antiepil. diaphoreticus, 11.
Epilepticus, 12.
pro Epithemate cordis, A.
epatis, A.
Febrilis, 13.
Fortis, Tragea fortis, 14.
Groſſus. Tragea groſſa, ſpecies inciſæ, 15.
Haly. A.
Hepaticus. Tragea hepatica Quercet. *16.*
Hyſtericus. Tragea hyſterica Quercet. 17.
Hyſteric. A.
Antinephryticus. Tragea Antineph. Querc. 18.
Partum prouocans. A.
Helidei de Paduanis, A.
Rubeus pannonicus, A.
Saxonicus, A.
Sperniolæ compoſ. *19.*
Stomachicus. Quercet. 20.
ad ſtrumam, A.
Trithemii, 21.
Violarum odoratus, A. C.
Pro vlceribus gutturis, A.
Species Diambr. cum ambra & moſcho, A.
Diambr. ſine ambra & moſcho, A.
Dianiſu, A.
Dianthon, A.
contra Apoplexiam, A.

Aromaticæ caryophyllatæ,
cum & ſine ambra & moſcho, A.
Aromaticæ roſat.cum & ſine ambra & moſcho, *A.*
Diacalamenthes, *A.*
Cephalicæ, 22.
Diacinnamomi, *A.*
Diacorallii, *A.*
Confectionis cordialis. *A.*
contra peſtem Ferd.Imp. *A.*
Cordiales cum & ſine ambra, & moſcho, *A.*
Diacubebarum, 29.
Diacurcuma, ſ.Diacrocu, *A.*
Diagalanga, *A.*
de Gemmis calidæ, cum & ſine ambra & moſcho, *A.*
de Gemmis frigidæ, *A.*
Ducis, ſ.Electuarij ducis, *A.*
de Hyacyntho, *A.*
Diahyſſopu, *A.*
Imperatoris, *A.*
Diaireos Salom. *A.*
ſimpl. *A.*
vſitatæ, Ibid.
Iuſtini, ſ.Electuarii Iuſtini, *A.*
Dialacca, *A.*
Lætificantes Galen. cum & ſine ambra & moſcho, *A.*
Lætificantes Rhaſis, *A.*
Liberantes, confectionis liberant. A.
Species Lithontribon, *A.*
Diamargariton calidæ Auic.
Diamargariton, frigidæ Nic. *A.*
Diamoſchu amaræ *A.*
dulcis, cum & ſine ambra & m. *A.*
Diapenidion, *A*
Diatrion pipereon, 1.& 2. A.
Diapleres archonticon. cum & ſine moſcho, A.
Diapæonias, cum & ſine ambra & moſcho, Cord.
Diapraſſiu Nicolai, *A.*
Electuarii reſumptiui, *A.*
Diarrhodon abbatis, cum & ſine moſcho, *A.*
Roſatæ nouellæ, *A.*
Diaſpoliticon. *A.*
Diatrion Santalon, *A.*
Diathamaron, cum & ſine moſcho, *A.*
Diatragacanthi calidæ. *A.*
frigidæ, *A.*
ad Vermes, confectio ad vermes, *A.*
Dia- Xylo aloës, cum & ſine ambra & moſcho, *A.*
Dia Zingiberis, *A.*
Huc *Sal* Philoſophorum, 24.
Sacerdotale, 25.

*Purgantes Pulueres.*

Puluis Artheticus Paracelſi. *vide infra* 1.
Chalagogus Quercetani, 2.
Puluis Cornachini, 3.
Laxatiuus, Tragea laxatiua, C.
Melanagogus Quercetani, 4.
Naſalis, ad naſalia, *A.*
Panchymagogus Quercet. 5.
Paſſauanticus, 6.
Phlegmagogus Querc. 7.
Salæ, 8.
Senæ præparat. Montagn. *A.*
Solutiuus, de tribus *A,*
Magiſtralis Stockſtaldi *A.*
Sternutatorias, *A.*
Sternut. Rulandi. 9.
Baumanni 10.
ad ſuppoſitoria communia, *A.*
acutiora, *A.*
ſicca,
Tartari præparat. *A.*
ad vermes, *A.*
Species benedictæ laxatiuæ, id eſt,
Electuarii benedict. laxatiu.
Diacarthamu,

Diacarthamu, id eſt, Electuarii
Diacarth. *A.*
Caryocoſtini, i. e. Electuar. *A.*
Epiſcopi, ſ. Eleſcoph. *A.*
de ſucco roſarum, id eſt, electuarii.
Diaturbith. cum Rhabarbaro.

*PVLVERES ALTERANTES.*

1. *Puluis Alexiterius ſpecificus Ang. Salæ.*

♃ pulu. viperini ℥ij.
Extr. Bezoardici pretioſi
magiſterii margarit. an. ʒß.
Ol. ſem. Angel deſtill. ℈ß.
Cinnam. gutt. VI.
M. in mortario vitreo.

*Doſis à ℈j. ad ʒß. cum vehic appropriatis ſingulis quadris ☾æ, Iis qui iam veneno infecti ſunt danda eſt ʒj.*

*Extractum Bezoardicum ſic fit.*

♃ Ligni aloës reſinos.
Granor. Kerm.
Santal. alb. odorif.
Caſſ. ligneæ.
Zedoar.
Croci opt.
Schœnanth.
Rad. carlin.
Vincetox.
Doron.
Angel.
Fol. dictamn. Cret.
Scord. Cret. an. ℥ij.
q. ſ. F. extractum ſ. a.
cui adde.
Magiſterii lapid. pretioſorum cum ☽ calcinat.

2. *Puluis Bezoardicus ſine precioſis, F. F.*

℞. Bol. armen. ver. cum aqu. ſcabioſ. præparat.
Terr. ſigillat. Sileſiae.
Rad. diptamn. alb.
Tormentill. ana ʒVI.
Angelic.
Gentian.
Rad. Petaſit.
Zedoar.
C. C. vſt. præparat.
Succin. alb. præparat.
Oſs. de c. c.
Raſur. Ebor.
Cort. citr.
Corall. rubr. præp. à ʒß.
M. F. Puluis ſubtiliſſimus
*Doſis ad ʒj.*

3. *Puluis Bezoardicus cum pretioſis.*

℞. Pulu. modo præſcripti, ℥I.
Margar. præparat. gran. XVI.
Hyacynth. præparat.
Rubin. præparat.
Granat. præparat.
L. Bezoar. or. a. gr. VIII.
Fol. argent.
Aur. ana num. I.
F. Puluis ſubtiliſſimus.

Vires. *Cordialis ac diaphoreticus inſignis eſt, vſuſque præcipui in morbis malignis.*

*Doſis à ℈j. ad ℈ij.*

4. *Puluis Cachecticus Quercetani.*

℞. Limitatur. chalyb. in tenuiſſimum alcohol. per ▽ ſimplicem redactæ, vel cum ♀ recalcinatæ. ℥I.
Fec. rad. Ari ʒIß.
Ambr. griſ. ʒß.
Eſſent. corall. (Magiſt. Margarit.
Succin. præparat.
Cinamum. ana ℈IV.
Sacchari, q. ſ. vt fiat puluis guſtui gratus.

Vires. *Eſt ſummum Remedium ad cachexias, tam virginum, mulierum, quàm virorum, iuuenum ac ſenum.*

Doſis

*Doſis cochlear. ſ. mane continuando ad dies aliquot.*

5. *Puluis Cathæreticus pro oſſibus S. Cloſſ.*

♃ rad. irid.
ariſtol. rot.
euphorb. an. ℥ß.
Sabin. ſicc.
O vſt.
☿ præcipitati ana ℥j.
Ceruſ.
Myrrh. an. ʒij.
Ol. garyoph ℈j. M.

F. puluis quo aſpergatur os carioſum carne denudat. & aq. O. prius ablutum.

6. *Puluis de Cypero odoriferus.*

℞. Rad. Ireos flor. ℥iß.
Cyperi rot.
Acor. à ʒii.
Lign. Santal. citr. ʒß.
Rhodij, ʒi. ℈.i.
Spec. Diambr. ʒiii.
Troch. ℈ß.
Ambr. gran. xii.

F. Puluis.

Vires. *Puluis eſt odoriferus, confortans ſpiritus vitales & animales.*

7. *Puluis Dentifricius.*

℞. Silic. fluuiatil. calcin. ℥iii.
Lap. punic. præparat. ℥ß.
Rad. Ireos fl. ʒij.
Ol. ſtillat. roſ. ℈ß. (vel ex lign. rhod.

F. Puluis ſubtiliſſimus.

Vires. *Exterget dentes, fœtorem oris emendat.*

N. 1. *Alium vide apud Auguſt.*

N. 2. *Dentifricij pulueres fiunt potiſſimum ex pulueriſatis corallis, calcinatis oſſibus, cornibus, lapidibus, cruſtaceis, radicibus ireos, cruſtâ panis toſta, ſalibus vſtis, cineribus, & ſimil.*

*Alius S. Cloſ.*

♃ farin. laterum rubrorum ℥ß.

Imbibatur per vices ſpiritus ♀ pari quantitate & fiet plus, cui addes ♃ vini alb. ʒiij.

Panis ad nigredinem vſti ʒii. M.

F. Puluis, quo dentes nigrore aut virore infecti confricentur, & vino calente abluantur.

8. *Puluis contra deſfluxiones, Fluſz-pulver, Kothlauffpulver, F.F.*

℞. Maſtich. alb.
Succin. in fragm.
Summ. Sabin.
Rut.
Oliban.
Sem. cannab. ana ℥iv.
Stœchad. citr. M. ij.

M. F. Puluis groſſus.

9. *Puluis Dyſentericus Crolij.*

℞. Succin.
Sang. dracon.
Lap. Hæmatit.
Corall. rubr.
Sem. Portulac.
Plantag.
Anthor.
Rad. Tormentill.
Terr. ſigillat. à ℥ii.
Balauſtior. ℥i.
Nuciſt. num. iv.
Cinamom. ℥ß.
Croc. ♂ adſtring.
Talc. calcinat.
Matr. perlar. calc.
Oſſ. microcoſm. calc. à ℥i.

Lapides læuigentur, reliquiſque minutiſſimè tritis addantur.

Vires. *Valet in omnibus profluuiis alui, menſtruorum, narium, &c.*

*Doſis* ʒi. *ad* ʒiß. *vel* ʒij.

10. *Puluis antepilepticus de ſecundina.*

℞. Secundin. puelli primogeniti exſiccat. ℥ß.

Cranii maris calcinat. ℥ 1.
Pulu.pullorum corui, ʒ ij.
Coagul. lepor. ʒ 1.
Raſur.c.c. ʒ ii.
Caſtor. ʒ ß.
Succin. albiſs. ʒ ij.
Viſc. quern. ☾. decreſc. collecti. ʒ ß.
Granor. & rad. *Pœon.* ante nouilunium *collect.* à ʒ ß.
*Ambr.griſ.*
*Moſchi* ana ℈ ß.
Spec.Dianth.
Diapliris archont.
Lætific. Galen.
Corall.præparat.
Margarit.præparat.à ℈ j.
F. Puluis ſubtiliſſimus

11. *Alius Antiepilepticus Diaphoreticus.*

℞. Cinnaber. ☿ ij purificat.
Magiſt.corallor.
perlar.
cran.human.ana.
F.Puluis ſubtiſſimus.
*Doſis à gran.* 10. *ad* 16. *bis in ſeptimana exhiberi poteſt. Hartmann. in Pract. Sennert. Inſtit.*

12. *Puluis Epilepticus D. Arn. VVeickardi.*

℞. Rad.pœon. decreſcent ☾ collect. ʒ j.
Sem.Pœon.maſc.excort. ℥ ß.
Vng.alcis ʒ iij.
Succin. alb.
C. C.vſt.ana præp. ʒ ij.
Margar.præp.
Corall.rub.præp.ana ʒ j.
Stercor. pauon. ℈ iv.
Lap.Bezoar.or. ʒ j.
Vnicorn. veri ℈ ij
Limatur. ☉ vngar. ʒ j.
Croc. ℈ j.
Manus Chr.perlat. ℥ ß.
F. Puluis ſubtiliſſimus addendo
Ol. ſtill. macis ℈ ß.
*Doſis a.* ℈ ß. *ad* ʒ ß.

13. *Puluis febrilis.*

℞. Rad. Diptamn.
Petaſit.
Zedoar.
Fol. ſcord. ana ℥ ij.
Sem.card.bened.
C. C. vſt. præpar.a ℥ 1.
☿ diaphoret. ʒ iij
F.Puluis ſubtiliſſimus.
Vires. Eſt *contra omnis generis febres, quas per diaphoreſin expellit.*
*Doſis* ʒ. *Grunlingius.*

14. *Tragea fortis. Species fortes.*

℞. Piper nigr. ℥ ij.
Zingib. ʒ 1.
Croc. or. ʒ 1.
Caryophyll.
Galang.à. ʒ ij.
F. Puluis.
Vires. *Vſus eſſe poteſt in aromatiſandis cibis,*

15. *Tragea groſſa. Species groſſa.*

℞. Glycyrrhiz. ℥ ß.
Cinamom.ac. ʒ v.
Zingib.alb.
Calam.arom.à ʒ iij.
Galang.
Zedoar à ʒ ij.
Nuciſt.
Garyophyll.
Macis
Cubebar. à ℈ j.
Confect. aniſ.
fœnic.
caru.
coriandr. à ʒ v1.
Aromata incidantur groſſo modo, confectionibuſque admiſceantur.
Vires. *Confortat ventriculum, adeoque*

*digeſtionem iuuat.*

16. *Tragea Hepatica Quercetani.*

℞. Corall. rubr. præparat.
Spod.
Spec. Diatragac. à ʒij
Fl. Hepatic.
Sem. acetoſ.
Portulac. à ʒ1.
Croc. ♂ optimè præparati, ʒiiß,
(cum ▽ ſimpl. vel cum 🜕.)
Croc. ♂ ex Ol. 🜕 parat. ℈ij. (vide l. 3.
Sacchar. roſat. pro libitu.
F. Puluis.

Vires. *Puluis eſt admirabilis, contra omnes obſtructiones, imbecillitates ac intemperies hepatis, cui priſtinum robur reparat: ſingularis porro aduerſus omnes fluxus hepaticos, cachexias, hydropiſes, icterum, &c.*

17. *Tragea Hyſterica Quercet.*

℞. Caſſ. ligneæ.
Calam. aromat.
Sem. agni caſti.
Paſtinac.
Rutæ.
Pœon.
Aniſ.
Fœnic.
Cardamom.
Macis
Cinnamom.
Caryophyllor. à ʒ1.
Fec. Bryon. ʒiß.
Sacchari anthoſati ad pondus omnium.
M. F. Puluis.

Vires. *Prodeſt albo mulierum fluori & vteri ſuffocationi.*

*Doſis* ʒiß.

18. *Tragea Antinephritica Quercetani.*

℞. Tunicæ interior. ventriculi Gallinæ,
Stercoris albi Gallin. à ℥ß.
Pulueris pelliculæ interioris, quæ in putaminibus ouorum reperitur. ʒiiß.
Herniariæ
Cinnamomi à ℈iv.
Nucleor. meſpilor. ʒii.
Sem. Fœnicul.
Aniſ. à ʒj.
F. Puluis ſubtiliſſimus

Vires. *Effectus pulueris huius efficaciſſimi ſunt in alterando, & expellendo calculo. Valet itidem ad colicam paſſionem.*

*Doſis* ʒßj.

19. *Puluis Sperniolæ compoſitus Crollij.*

℞. Myrrh. el.
Thur. maſc. à ʒij.
Croci trit. ʒß.
Camphor. ʒiij.
Tere omnia & miſce.

Puluerem hunc imbibe ▽ ſtillat. ſperniolæ, id eſt, ſpermatis ranarum, vigeſies vel trigeſies, ita tamen, vt ſemper prius ſponte exiccetur.

Hinc ſerua ad vſus

N. *Sperniola colligenda eſt menſe Martio, triduum circiter ante nouilunium, (ſic non fœtet) deſtillandaque* MB.

Vires. *Summum eſt remedium in Hæmorrhagia è naribus, gutture, vtero, quia frigiditate ſua coagulat ſanguinem. Confert quoque, ſi ſoluatur cum aceto, & Eryſipelati, doloribuſvè podagricis calidis applicetur. Hæmorrhagiam quoque vulnerum impoſitione ſiſtit, Paronichiam necat, &c.*

*Doſis gran.* 4, 5, 6, 7, 8,

N. *Si hæmorrhagia è ſanguinis corruptione originem traxerit, non malum ſanè remedium, quippe putredinem arcet.*

*cet. In vterinis vero affectibus, ob myrrham ac crocum, aliud adhibere mallem.*

20. *Puluis Stomachicus, Quercetani ſ. Brickmanni.*

℞.Rad.Ari præparat.℥ij.
Acori vulg.
Pimpinell. à ℥ i.
Ocul. cancr. ℥ß.
Cinamom. ʒ iij.
Sal.Abſynth.
Iuniper, à ʒj.
Sacchari roſati, q. ſ.
F. Puluis.

*Vires. Exhibetur non tantum ad ventriculum corroborandum, cui proprie conuenit, ſed etiam ad capitis affectus, hemicraniam, vertiginem, melancholiam hypochondriacam, cachexiam: ad calculum ac febrem quartanam: habet enim facultatem deoppilandi, tartarum reſoluendi, &c.*

*Doſis* ʒß *ad* ℈ij.

Præparatio radicis Aronis fit macerando, cum vino albo, horis 12. hinc decantatur vinum nouumque affunditur, denuoque antea maceratur, qua maceratione acrimonia extrahitur. Hinc radix lente ſiccanda.

21. *Puluis Trithemij.*

℞. Calam. arom.
Gentian.
Cymin.
Siler. montan.
Aniſi.
Carui.
Leuiſt.
Petroſelin.
Spic. nard. a. ℥ß.
Zinzib. albi,
Chamæpyt.
Fol. ſen, el.
Cryſt. ♃i a. ʒ v i.
Macis
Cubeb. an. ʒij.
Garyoph. ʒ v i i.
M.F. Puluis ſubtiliſſimus.

Vires. *Sunt qui huius laudes ſumme commendant, ad memoriam confortandam. Videlicet, poſt purgationem conuenientem.* ℞. *Huius pulueris* ʒj. ∇ *magnanimitatis gutt. xij. & vini nonnihil, ſumuntque mane & veſperi per totum menſem; altero menſe, mane ſolum; tertio bis vel ter ſingulis ſeptimanis idque mane; quarto menſe bis qualibet ſept, & poſtea ad dies vitæ ſingulis menſibus ſemel, creſcente Luna. Sed crapulam vitare monent, ebrietatemque.*

22. *Species Cephalicæ, F.F.*

℞. Cinamom. ℥ij.
Rad. pœon.
Sem. pœon. exc.
citr. exc. ana. ʒ x. ℈ij.
Zinzib.
Cubebar.
Caryophyllor.
Macis ana ʒ v. ℈j.
Spec. cordial.
arom. garyoph. a. ℈ viij.
diamoſch. dulc.
Spec. diambr. ana ʒiß. gran. v i.
Nuciſt. num. ij.
F. Puluis.

Vires. *Calfacit caput, exiccat catarrhos, ſpiritus animales & vitales purificat, corroborat, adeoque balſamo natiuo inſigniter confert.*

*Doſis à* ʒß. *ad* ℈ij. *vel.* ʒj.

20. *Species Diacubebarum.*

℞. Santal. trium ana ℥ß.
Spod. præparat.
Raſ. Ebor. ana ʒiii.
Sem. Amomi.
Cubebar. ana ℥ i.
F. Puluis.

Vires. *Aperit & confortat Epar.*

24. *Sal Philoſophorum.*

℞. 🜿 fuſi.
Sal gemm. ana ℥ I.
Galang.
Macis
Cubebar. ana ℈j.
F. Puluis.

Vires. *Iuuat concoctionem ventriculi, cruditateſque conſumit.*

*Doſis gran. 4. mane, ieiuno ſtomacho.*

25. *Sal Sacerdotale.*

℞. Sal. commun. torref. ℥ij.
Piper ℥ I.
Cinamom. ʒß.
Zedoar.
Zinzib. ana ʒß.
Sem. cumin.
caru. ana ℥ I.
F. Pulu. ſubtiliſs.

Vires. *Dolori capitis medetur, ventriculum calfacit, cruditateſque & flatus conſumit, concoctionem iuuat, colicum dolorem profligat.*

*Doſis gran. viij. ad xv. &c.*

*Idem aliter.*

℞. Sal. commun. ℥ij.
Cinamom.
Cumin. ana ʒiij.
Zinzib.
Amom.
Siler. mont.
Piper.
Satureiæ
Hyſſop.
Origan.
Puleg. ana ℥ I.
F. Pulu. ſubtiliſs.

Vires. *Eaſdem cum priori obtinet.*

N. *Dicitur Sal Sacerdotale, quia Sacerdotibus olim (tempore Eliæ) ad dolorem capitis & oculorum caliginem in vſu fuiſſe ſtatuitur.*

*PVLVERES PVRGANTES.*

1. *Puluis Artheticus Paracelſi.*

℞. Hermodactyl.
Turbeth. opt.
Diagryd.
Fol Senn. el.
Raſur. cran. vel oſſium human. Sacchari. ana.

Vires. *Purgat ſecurè & blandè omnes defluxiones podagricas.*

*Doſis ʒß. ℈ij. ex aqua Iuæ artheticæ fragariæ, &c.*

2. *Puluis Chalagogus Querc.*

℞. Rhabarb. elect. ʒiij.
Fl. Violar. ʒij.
Roſar. pallid.
Hyperic. à ℥ I.
Spec. Diatrionſantal.
Maſtiches
Cinamomi à ℈ß.
Diagryd. ℈j.
Sacchar. violar. ℥ ſ.
M. F. Puluis.

*Doſis* ʒ j.

3. *Puluis Cornachini.*

Fit ex mixtione diagrydii 🜍ati, & ♁ diaphoretici cum cremore 🜿i commiſtorum, proportione in vicem pro re nata variante, verbi gratia, Diagryd. 🜍t. gran. VII. VIII. vel ℈ß. ♁ diaph. gran. V. VI. VII. &c. Crem. 🜿i. ℈j.

Vires. *Tantum pulueri huic attribuit Author, vt peculiarem de eo conſcripſerit librum, commendatque ad omnes ferè morbos, qui purgatione opus habent.*

4. *Puluis Melanagogus Querc.*

℞. Fol. Sen. ℥ I.
Sem. aniſ.
Fœnic. à ℥ I.
Cinamom. ℈ij.
Cryſtall. 🜿i. ℥ I.
Sacchari. ℥iß. M.

*Doſis à* ʒ *ad* ʒj.

5. *Puluis Panchymagogus Querc.*

℞. Cry

℞.Cryſtall. ♀ i.℥j.
Senæ el.ʒx.
Hermodactyl.
Turbith. à ʒß.
Rhabarbari
Agaric.troch.ana ʒiij.
Scammon.præparat. ʒij.
Macis
Cinnamomi
Galang.an. ℥iß.
*Sacchari violati, ad pondus omnium.*
*Doſis* ʒ.

6. *Puluis Paſſauanticus.*

℞. Flor. Borrag.
Violar.ana ℈ij.
Zinziber.
Spic. nard. ana ʒ1.
Glicyrrhiz.
Sem. aniſ à ʒi.
Diagryd. ʒiii.
Rhabarb. el. ʒv1.
Turbith.gumm. ℥1.
M. F. Puluis.

Vires. *Purgat omnes humores noxios, maximè bilem.*

7. *Puluis Phlegmagogus Quercetani.*

℞. Spec. Diacartham. ʒii.
Agaric. Trochiſc. ʒß.
Turbith
Hermodactyl. ana ʒi. M.
*Doſis* ℈ij.

8. *Puluis Phlegmagogus, Sal.*

℞. Cryſt. ♀ i.
Hermodactyl.mund. à ℥1.
Turbeth.albi. ʒv1.
Reſin.Scammon. ʒii.
⁂ Caryophyll. cum ſaccharo, miſt. ℈ß. M.

Vires. *Purgat ſeroſos ac phlegmaticos humores, ſine moleſtia.*

*Doſis* ʒß. *ad* ʒ.

9. *Puluis Sternutatorius. Martini Rulandi.*

℞. Sem. Nigell.
Hellebor.alb.ana ℈i
Maioran.
Roriſmar.
Saluiæ ana ʒß.
Moſch.gran.ii. M.
*Caput roborat, pituitam elicit.*

℞. Fl. Anthos.
Lauendul.
Salu.
Betonic.
Fol. Maioran. a ℈i
Macis.
Cinamom.
Glycyrrhiz.
Ellebor.alb. præp. an. ℈i.
Tabac. opt. ℥1.
*Omnibus pulueriſatis & probè mixtis: adde*
⁂ Still.aniſ.
Garyophyll.
Macis
Maioran.ana g.1v. M.

11. *Alius, Iohann. Nicolai Barmanni M. D.*

℞. Fol. Tabac.indic. ʒ1. ℈i.
Rad. Ireos flor. ʒiß.
Lap.pumic. ℈ii.
Moſchi gran. ii.
F. Puluis.

N. *Moſcus omittendus erit. ſi mulieri adhiberi debeat.*

## CAP. LXXVIII.

### *De Sacculis.*

SAcculus fomantatorius fieri poteſt ex vegetabilibus quibuſcunque inciſis, ſc. craſſiuſculeue contuſis, ſacculoque inſutis.

Applicatur tepidè ſiue ſiccum ſacculum velis, ſiue humidum, id eſt, in liquore coctum & expreſſum.

*Exemplo ſint.*

1. *Sacculus ſtomachalis.*

Calament.
Origan.
Betonic.
Abſynth. an. M. 1.
Maioran.
Fl. Roſar. rubr. à M. ß.
Camomill. odorat. p. 1.
Rad. calam. arom. ℥iij.
Nucis moſchat. num. 1.
Baccar. Laur. ℥iß.
Sem. aniſ.
caru.
cymin. à ℥1.

Ex conquaſſatis & inciſis F. Sacculus ſtomachalis cancellatim interſutus.

Vires. *Confortat Ventriculum. Crato.*

2. *Sacculus cordialis.*

℞. Fol. Meliſſ. M. 1.
Baſilic.
Card. bened. à Mß.
Santal. citrin. ℥ij.
Cort. citri.
arantior. à ℥iʒ.
Fol. Laur. ℥1.
Cinamom.
Galang.
Nucis condit. [ Nuciſt.
Macis ana ℈j.
Lign. Aloës. ℈ß.
Sem. citri.
Meliſſ. ana ℥ß.
Fl. Borrag.
Bugloſſ.
Anthos.
Meliſſ. à p. 1.
Roſar. p. ß.

Ex his craſſiuſculè contuſis, F. Sacc. interceptus ſerico.

Vires. *Confert in palpitatione. Crato.*

3. *Sacculus Nephriticus, ſeu Paregoricus.*

℞. Herb. Malu.
Heder. ter.
Biſmalu.
Cerefol.
Parietar. ana M. ß.
Rad. Alth.
Lil. alb. à ℥1.
Sem. Fœnugr. ℥v1.
Fl. Camomill.
Melilot.
Saxifrag. à p. 1.
Contuſis & inciſis, F. Sacc.

Incoctus pluuiæ, lactiuè applicetur renibus in dolore nephritico.

*Huc pertinent & Cucupha, cuius Exemplum ſint.*

4. *Species pro Cucupha, F. F.*

℞. Rad. Ireos fl. ℥ß.
Cyper. rot. ℥iij.
Fl. Lauendul.
Anthos, ana ℥iij.

Fol.

Fol. Menth.
Maioran.
Ocym. ana ʒij.
Storac. cal.
Benzoin. ana ʒiiß.
Sem. Nigell.
Coriandr. *præp.*
Summ. Thymi
Stœch. ar. ana ʒi.
Moſch. gran. iij.
Ambr. gryſ. gran. ii.

F. Puluis groſſus, qui goſſypio ſuſceptus inſuatur pileolo ſerico, interpaſſando.

---

## CAP. LXXIX.

### *De Salibus præparatis.*

SAlia tùm natiua in Officinis extant, tùm artificialia: de natiuis alibi, de artificialibus hic loci agere fas eſt.

Artificialia ſalia, vel ſunt ſimplicia, vel compoſita, ſeu mixta.

Simplicia, ( propriè *ſic dicta*) totuplicia ſunt, quotuplices res naturales, quippe res *nulla eſt*, *quæ* ſalis prorſus expers ſit, *imò conſtitutio* rerum naturalium primitus ex ſale dependet.

Medium quo ſalia eliciuntur liquor quilibet aqueus eſt, in quo ſalia vt ſoluuntur, ita & eidem ſeſe immiſcent. Quia tamen res naturales pleræque validè compactæ ſunt, præmiſſumque requirunt apparatum, quo ſcompedes, quibus ſal impeditum eſt, aperiantur, pro diuerſitate compactionis, diuerſi quoque apparatus inuenti ſunt.

Creberrima tamen præ reliquis eſt incineratio, qua partes mixtæ diſgregantur, ſalque fixum in cinere remanente aptum redditur, in ▽ liqueſcere, muriamque conſtituere, maximè ſi maceratio, tranſcolatioque repetita u interuenerint.

*E. gr.*

℞. Cinerem ( abſynthii. à carbonibus purificatum, ) coque cum ▽ in lixiuium, vel tranſcola ▽m feruidam aliquoties; ſic impraegnabitur ⊖e, nomenque ſortietur lixiuii. Hoc purifica filtrando, inſpiſſaque lenta euaporatione, aut cryſtalliſatione.

N. 1. *Salia, hac ratióne calcinata, quia lixiuium ſapiunt, nec ſatis albicans calcinantur, id eſt, comburuntur, funduntur ue communiter ad ignem, vt albedinem acquirant. Verum potior videtur ratio albificandi per iteratas ſolutiones, filtrationes ac inſpiſſationes, hac tamen admonitione in maiori doſi hæc ſalia eſſe exhibenda, Saporem lixiuioſum quod attinet, optimè is aboletur, ſi cineres cum* 🜍 *is ana circiter mixti, accenſo* 🜍 *calcinentur, atque hinc elixiuiationi ſubmittantur.*

N. 2. *Salia hæc fundunt ſpiritum penetrantiſſimum, ſi ad modum, quo Sal commune deſtillentur.*

Salia volatila, ( eſſentialia nonnullis dicta, ) nihil aliud eſſe videntur, quam portio ſalis aliquantulum elaborata humori nutritiuo immixta, necdum ſubſtantiæ craſſæ inſinuata.

*Modus fiendi ex plantis.*

℞. Plantam conuenientem coque cum magna quantitate aquæ, hinc exprime

prime ſuccum, cumque optimè purificatum inſpiſſa aliquantulum, reponeque ad cryſtalliſandum, ſ.a.

N. *Si ſuccum purificatum recenti herbæ affuderis, interueniente digeſtione, coctione ac expreſſione, vt prius, maiorem ſalis copiam nanciſceris.*

*Exhibent itidem, ligna, oſſa, cornua, ſanguis, &c. ſalia volatilia, ſed non niſi interueniente deſtillatione, qua parietibus vaſorum deſtillatoriorum ea adhæreſcunt. Vide in oleis deſtillatis.*

Salia impropriè ſic dicta, parantur ex lapidibus, metallis, cornibus, oſſibus, cruſtaceis, quæ beneficio acidi cuiuſdam ſpiritus ſoluuntur, communiter recipitur X, vide Mageſterium,) filtrantur, & euaporatione in puluerem rediguntur, quem ſal vocant.

Hunc ſalem abluunt aliquoties, ne acidum ſapiat, & ſeruant pro vſu, vel edulcoratum in liquorem per deliquium in cella reſoluunt. Vide Liquor.

*Salia ſimplicia vſitatiora.*

Sal Abſynthii fixum
Eſſentiale.
Acetoſellæ
Sal. Aluminis. Saccharum O.
Angelicæ
Artemiſiæ
Borraginis
Cancrorum
Cardui benedicti fixum
Eſſentiale.
Centaurii minoris.
Cerefolii
Chamæmeli
Cichorei
Cinamomi
C. c. volatile
Cranii volatile
Euphragiæ.
Fabarum è ſtramine & corticibus
Fœniculi
Fragariæ
Fraxini è ligno.
Fumariæ
Geniſtæ
Guaiaci volatile
Hederæ terreſtris.
Hyperici
Hyſſopi
Iuniperi è baccis.
ex ligno.
Lauendulæ
Maioranæ
Matricariæ
Meliſſæ
Menthæ
Nitri cryſtallini.
fixi. Lapis prunellæ.
Ononidis
Perſicariæ
Pimpinellæ
Plantaginis
Rutæ
Saluiæ
Sanguinis humani.
Scordii
Succini volatile
Tamariſci
Tartari
Vitrioli vomitiuum
Vrinæ
Vrticæ
Zedoariæ

*Salia impropriè ſic dicta, ( rectius calces diceres, ) vſitatiora ſunt.*

Sal Iouis
Saturni
Corallorum
Perlarum, &c.

*Salia compoſita:*

1. *Sal Alcali.*

℞. Ψ. ℔.1.

Ciner.

Cinet. Iſatidis, ℔. ß.
♃ i. ⦶ i ana ℥ 1.

Coque in ▽. vt fiat lixiuium, filtra ac inſpiſſa ad ſiccitatem.

N. 1. *Theophraſtus.* ℞. *Cinerum clauell.* ♆, *cinerum fabarum, extrahit lixiuium, coagulatque*

N. 2. *Venetiani.* ℞. ♆. ℔. 1. *cineris fagi, vel quercus,* ℔ ij. *Fellis vitri.* ⦶ *i calcinati.* ♃ *i à* ℥ ij. *Fac lixiuium, atque exinde Sal.*

N. 3. *Alkali æquiuocationem vide lib. 1.*

*Vſus huius Salis ſolus Chymicus eſt, inſeruitque ſeparationi* ☉ *is à* ♀ *e, ſi in fluxu inicitur.* 2. *Facit ad fluxionem* ☾ *æ facilitandam.*

2. *Sal Alembrot.*

℞. ⊖. præparat. ♉. Salis alcali, à ℥ 1. F. lixiuium cum ſucci menthæ ac caryophyllat. ana ʒ ii. aquæ fontan. ℔. ii. Filtra & coagula.

N. 1. *Dicitur & Sal Ellebrot. Sal Taberi. Sal Alkitran.*

N. 2. *Eſt & Sal Alembrot natiuum, quod in Cypro, ex certa terra, in monte Olympo extrahitur; formamque & colorem ſanguinis concreti habet, ſed noſtratibus incognitum.*

3. *Sal Anatron.*

℞. Calci viu. ℔. iv.
Alumin. ℔. ij.
Vitrioli ℔. ij.
Salis commun. ℔. iij.

F. Lixiuium cum vino albo digere per dies aliquot (9.

Poſtea

℞ Stiriar. ſalis petræ, ℔. x. affunde lixiuii tantum, vt operiatur ſal in aheno. Miſce benè ac ſolue, coque ad medias, cola ac repone ad concreſcendum.

Vires. *Metallici hoc ſale vtuntur ad purgationem fuſionemque Metallorum.*

*Sumitur & Anatron, 1. pro felle vitri. 2. pro terra Sarracenica, cuius ſunt ſpecies, nigra, rubra, & cærulea. 3. pro excreſcentia alba ac lapidea, quæ in petris creſcit, in modum vſneæ albæ, à quibusdam Sal nitrum vocata. Vide vntZer. de Sale.*

4. *Borrax.*

℞. Sal. ammoniac.
Nitri
Tartari calcinat. à ℥ 1,
G. arabic.
Sal. commun. a ℥ 1.
Maſtich.
Alumin. roch. ana ʒ ß.

Puluerifatis. affunde Vrinam, filtra ac coque, donec materia in ſalem concreſcat.

N. *Alij conficiunt ex* ⦶ *& vrina puerorum inuicem commiſtis & coagulatis. Alii Borracem noſtratem ex peculiari lapide (Borracis nomine) coque calcinato extrahi volunt, monente Tholdio in Halographia.*

Vires. *In medico, vſu facit ad menſtrua, ac partum prouocandum, veneremque ſtimulandam.*

## CAP. LXXX.

*De Sapone Odorato.*

SApo odoratus, Sinegma odoratum odoramenti formula eſt, conſtatque ex ſapone, (potiſſimum Veneto, cui res ἰνώδεις ſubtiliſſimè pulueriſatæ immiſcentur, adhibita ▽ fragrante, v. gr. roſarum.

*Formulæ ſint, ex D. D. VVeickhardo.*

1. *Sapo Moſchatus.*

℞. Sapon. Venet. ℥ij.
Styrac. calam. ʒij.
Rad. Ireos fl. ʒj.
Nuc. moſchat.
Cinamom. ana ʒß.
Santal. alb. ʒ1.
Aſ. dulc. ℈ij.
Garyophyll. ℈j.
Moſch. gran. iv.

Incorporentur in mortario cum ▽ roſarum.

Vires. *Habet vim abſtergendi & conciliandi gratum odorem, ſimulque confortandi neruos.*

N. *Loco cinamomi nuciſtaque licet olea ſtillatit. adhibere.*

2. *Alius.*

℞. Caryophyll.
Macis ana ℥1.
Benz.
Rad. Ireos fl. ana ℥ß.
Moſch. gran. x.
Ambr.
Zibett. ana gran. v.
Sapon. Venet. ℔ .ij.

Diſtemperentur cum ▽ roſarum, adiiciendo Ol. ſtillat. cinam.

3. *Sapo ad impetigines.*

℞. i calcinat. ℥ß.
O. calcinat. ʒj.
Flor. ♃ ℈ij.
☿ g. v.
Aſæ dulc.
Storac. liquid. an. ʒj.
Calamit.
Lithargyr. an. ʒß.
Rad. lapath. acut. ℈j.
Or. Garyophyl. g. iij.

Saponis veneti q. ſ.

F. Globuli.

## CAP. LXXXI.

*De Spiritibus.*

SPiritus vt diuerſi ſunt volatilitate ac fixitate, ita & diuerſo caloris gradu, diuerſiſque deſtillatoriis deſtillantur. Fixiores ſcil. Retortâ, igneque fortiori, arenæ ſcil. vel nudo. Volatiliores ; atque igne blandiori, ſcil. VB. MB. vel cinerum.

Fieri poſſunt ſpiritus ex *mineralibus, vegetabilibus ac animalibus.*

Spiritus MINERALES ſinguli ferè peculiares ſibi vendicant modos, quos vide ſuis locis.

N. *Qua ratione ſine vaſis deſtillatoriis ſpiritus minerales deſtillari queant lib. 1. c. 20. delineauimus. Conſcripſit & de eodem peculiarem quendam Tractatulũ Ioh. Glauberus, titulo Furni Philoſophici.*

Spiritus VEGETABILES eliciuntur naturæ *volatilioris*; è foliis, floribus, fructibus, ſeminibus, aromatibus: *fixioris*; è lignis, corticibus, viſcis.

Modus eliciendi ſpiritus volatiliores non diſcrepat à deſtillatione vrum

ſtillatitia

ſtillatitiarum, quippe inter has & ſpiritus hoc ſolum diſcriminis intercedit, quod aquæ dictæ maximam partem phlegmatis contineant, ſpiritus minorem; vnde & rectificando ſpiritus ab aquis ſequeſtrantur.

N. I. *Res fermentata ſiquidem promptius ad copioſius ſpiritum halant, ſi res deſtillanda fermentari apta fuerit, fermentationem præmittere ſuadeo, quippe quâ præter dictam faciliorem exhalationem, ſpiritus in quintam Eſſentiam exaltantur; perſuaſum autem tibi habeto, fermentationem felicius in vaſis ligneis v.gr. quernis, procedere, quam in vaſis aliis.*

N. 2. *Fiunt quoque ſpiritus quorundam vegetabilium cum vino, vt ſpiritus liliorum conuallium, &c. Verum cum pars maxima 🜄 debeatur, præſtat huiuſce generis cognominare, 🜄 cum adiectione dati vegetabilis, gr. 🜄 m liliatum, vel ▽m v ita liliatam.*

*1 Sic fiunt ex herbis & floribus.*

℞. Herbas aut flores recenter (tempore ſicco collectos) contunde atque in vas terreum vitreatum, vel dolium quernum (præſtant enim ad fermentationem vaſa lignea,) intermiſto ſale comprime, clauſoque vaſe in cellam repone (per menſem vnum vel plures) donec fermentando acidiuſculum ac vinoſum acquirant odorem. Hinc deſtilla per veſicam, (aut 🜄, (vſque ad ſiccitatem, deſtillatum affunde, ſi libet, parti deſtillandæ reſiduæ ac deſtilla denuo. Tandem rectifica.

*Aliter.*

Exprime ſuccum, eumque cum comcontuſis herbis recentibus mixtum ad fermentandum colloca.

N. 1. *Si minus ſuccolenta res fuerint aqua feruente irrorari ac perfundi volunt,*

*2. Fermentatio promouetur adiecta aliqua portione ⊖is, (quæ & putrafactionẽ præcauet) 🜿, fecum cereuiſiæ, vini, fermenti diſſoluti (in ▽) vel ſacchari.*

*3. Poterit & ex fermentatis ſuccus exprimi, atque cum nouis herbis denuo fermentari; ſic copioſior extilla ſpiritus.*

*II. Ex fructibus & baccis ſuccolentis.*

℞. Succum expreſſum, eumque clauſo vaſe debitè deferuere ſine, ac deſtilla: ſic fiunt ſpiritus pomorum, pyrorum meſpilorum, citoniorum, &c.

*II. Ex fructibus & baccis minus ſucculentis.*

℞. Fructus vel baccas, conquaſſa ac affunde ▽m feruentem; vel ebullire parum permitte, hinc colloca, vaſe clauſo in fermentationem, addendo ſi placet nonnihil fecum vini vel cereuiſæ, & ſimil. ſic fiunt ſpiritus baccar. iuniperi.

*IV. Ex fructibus carnoſis, (i. e. qui pulpam exprimendo præbent.)*

℞. Expreſſam carnoſam ſubſtantiam, v. gr. ceraſorum, nigrorum, (exemptis nucleis,) repone ♂ (14) ad fermentandum cum ⊖, &c. deſtilla, ſic fiunt ſpiritus, ſeu quintæ Eſſentiæ, baccarum ſambuci, fragorum.

N. *Licet initio, ſi ita viſum fuerit, aliquid ▽æ feruentis addere.*

*V. E ſeminibus calidioribus* ▽ cum oleo aſcendit, quæ rectificando exhibet ſpiritum, præcipuè ſi fermentatio fuerit præmiſſa. Vide ſupra de Oleis.

N. 1. *Spiritus hi aquarum nomine vt plurimum veniunt.*

N. 2. *Si loco ▽æ vinum in maceratione adhibueris, ſpiritum itidem nanciſceris.*

*ſceris, ſed compoſitum ex 🜈 i ſeminiſque dati ſpiritu, præſtat itaque hunc ad differentiam ſpiritus ſimplicis ſcil. cum ▽ a deſtillati, appellare ſpiritum compoſitum, ſeu 🜈 i cum adiectione dati ſeminis (e. gr. aniſatum, vel ▽ m vitæ amſatam, vide ſupra.*

*VI. E frumentis* parari poſſunt Quintæ Eſſentiæ, ſi in Cereuiſiam reducta ea fuerint; qua ratione magnam ſpirituum copiam exhibent.

*VII. Ex aromatibus* ſpiritus quomodo eliciantur, vide cap. 38.

*VIII. E lignis* prodit vna cum oleo per deſtillationem liquor acidulus (vide ſupra cap. 70.) qui rectificatus, ſpiritum refert.

N. *Rectificatio fieri poteſt ſuper colchotare aut ſale marino, vel cineribus propriis; ſic exit primo phlegma inſipidum; hinc ſpiritus acidus ſeorſim colligendus.*

Ex ANIMALIVM familia exhibent ſpiritus; cornua, oſſa, ſanguis, vrinæ.

*Cornua, oſſa, vngulæ,* fundunt ſpiritum acidulum mediante deſtillatione, (vide de oleis) hunc rectifica in MB.

*Sanguinis* itidem ſpiritus beneficio deſtillationis elicitur, (vide in oleis & ▽ is, eſtque liquor ab oleo ſeparatus & denuo rectificatus.

N. *Coronidis loco addo: ſi oleum aliquod ſtillatitium cum 🜈 i rectificatiſſimo digeratur, oleum illud à ſpiritu abſorberi, vt ſub forma ſpiritus delitear,*

*Spiritus minerales vſitatiores,*

Spiritus Aluminis
Coralliorum
Mercurii
Salis ammoniaci
communis
gemmæ
nitri
Saturni
Succini
Sulphuris
Tartari
Vitrioli.

Huc ▽æ ſpirituoſæ compoſitæ: 🜈 🜈.☉ ♀rea. v. l. 3.

*Spiritus vegetabiles.*

Spiritus Abſynthii
Aceti vini
Angelicæ
Aniſi, id eſt, ▽ cum vino deſtillati.
Spiritus Cardui benedicti
Centaurii minoris.
Ceraſorum nigrorum
Cochleariæ
Cydoniorum
Ebulæ ex granis
Fœniculi
Fragorum
*Guaiaci*
*Iuniperi*
Liliorum conuallium
Meliſſæ
Roriſmarini
Roſarum
Saluiæ
Sambuci
Thymi
Tiliæ flor.
Veronicæ
Vini.

N. *Compoſiti ſpiritus fermè ſub titulo aquarum recenſentur, vt ſpiritus theriacalis, id eſt, ▽ theriacalis, &c.*

N. 2. *Spiritus oleaceos quære ſub Oleis, vt ſpiritum Terebinthinæ, & ſimilia.*

Huc

1. *Spiritus Antapoplecticus S. Cloſs.*

℞ ♎ ſang. ceruini ℔ß.
Infuſionis florum lauend. in aq. pœon.

pœon. fact. ℥iv.
M.& deſtilla ad medias per VB,˙ ſpiritui extillato adde infuſionis nouæ florum lauend, eandem quantit. deſtilla denuò idque tertium repete tandem adde huic ♎ ▽ rectificat. ℥ij.

*Doſ. à gutt vj. ad xij. & xx. in inſculo, aut aq. appropr. Iuuat Paralyticos, Apoplecticos, Pleuriticos, Aſthmaticos, omnes eos quorum pectus ſanie aut pitre occupatur, anacatharſin enim promouet egregiè.*

2. *Spiritus Nephriticus.*

℞ Ouum ſtruthionis, puluer. affuude ♎.⊖, & in digeſtione relinque, donec probè ſoluta appareat corticum ouorum ſubſtantia, atque tum per chartam filtretur, ſeruetur que.

Vires: *Eſt* [illegible] *nulli ferè ſecundum à Cæſareis medicis S. Cloſſæo communicatũ*

*Doſis gutt. vj. viij. ex vino opt. vel aq. florum fabar florum acac. malu. veron. addito ſyr.ᵒ dialth. Fernel. Inſigniter aperit, incidit & commonet arenulas, calculum, vrinam, nonnunquam etiam menſes & ſedes atque etiam ſerum in hydropicis.*

N. *Fit & inſignis ſpiritus nephriticus* ⊡*a ſpiritum à* ⊕*o deſtillando Vid. I. Agricol. in Popp. p. 1. pag. 585. Loſſelium in Scrutinio Remim. Confer cum Querc. in Querc. Rediu. t. 3. p. 704.*

---

## CAP. LXXXII.

### *De Succis.*

SVcci ex vegetabilibus potiſſimum depromuntur, raró ex animalibus. E vegetabilibus puta non omnibus.

Inidonea enim ſunt, 1. nuclei, ſemina, & reliqua oleoſa, qualia ſunt amygdalæ, piſtacia, ſemina lini, (de quibus egimus in oleis expreſſis.)

2. Minus apta ſunt aridiora, vt fruges, niſi decocta harum, ſuccos appellare libuerit.

*Modus fiendi.*

℞. Vegetabilia ſucculenta, (minus ſucculenta, macerari, inſolari, elixariuè antea volunt ▽) conquaſſa & exprime, hinc clarifica, (cum albumine oui, filtrationeque vel digeſtione quod melius,) ſi opus eſt △ l. inſpiſſa, atque ne empyreuma contrahat, continuò agita; ſic fiunt ſucci.

*I Ex poribus.* ℞. Flores virides imple ♓, premendo, collocenturque ad digerendum, ſ. putreſcendum in M. ſatis profunde, donec in mucilaginem abiiſſe videantur: Hinc exprime ſuccum, clarifica c. alb. oui, & inſpiſſa lentè ad conſiſtentiam mellis; ſic fiunt ſucci, (Eſſentiæ dictæ,) borag. bugloſſ. pœon. verbaſc. violar. & ſimil.

N. 1. *Si flores minus ſu coſi fuerint, affundatur parum* ▽*æ ſic fit extractum, ſ. ſuccus inſpiſſat. flor. tunicæ, calendulæ, Keyri*, Cyani, *roriſmar. rhœad. ſalu. & ſimil.*

N. 2. *Praſtant flores primum erumpentes.*

N. 3. *Expreſſum ſuccum ſi recentibus floribus affuderis, maiorem ſucci copiam colliges.*

*II. Ex fructibus.* ℞. Succulentos exprime, vel coque antea; hinc exprime traiiceque per ſetaceum, liquidioreſque ad mellis conſiſtentiam inſpiſſa.

N. *Succi è fructibus alio ferè nomine gaudent, mellis ſcil. ſi dulce ſapiant, vt mel iuniperinum paſſularum, & ſimil. alias Roob. Sapa; vt rob de berberis, de ribib.*

*III. Ex radicibus & lignis*, interveniente coctione, (in ▽,) & expreſſione ſucci eliciuntur, adſciſcuntque nomen Extractorum, vide ſupra cap. 57.

Succi officinales, tùm liquidi proſtant, tùm inſpiſſati.

Liquidi qui per ſe conſeruentur pauci ſunt, quippe præter ſuccos, acidulos & fermentatos illos potulentos, (qualis vinum, vinum pomorum, pyrorum, & ſimil.) nulli ad tempus durabiles ſunt: hinc fit vt addito ſaccharo, melleue, in ſyrupum coquantur, vide de Syrupis, c. 84.

Quin imo vel ipſis ſuccis acidulis nonnihil ſacchari ferè additur, cuius vi tùm parum fermentantur, tùm ab iniuria corruptionis conſeruantur.

N. *Dantur & ſucci è vegetabilibus, tùm per ſe ruptis, tùm inciſis ſponte ſtillantes, (lacrymas vocare expedit.) Verum hi partim natiuis accenſentur, partim non. vſuales ſunt.*

*Talis eſt ſuccus betulæ, qui in Suecia & Finlandia, menſibus Martio & Aprili collectus & fermentatus, mulierculis nobitibus potus ſuppetit; ſuccus iuglandis arboris, liquor ſc. qui in quercuum ſtipitibus coaceruatur, lacryma vitis amputata. Huc opium & ſimil.*

*Succi Officinales Liquidi, qui & Vina dicuntur, ſunt*

Succus Berberum
Citri
Cytoniorum
Granatorum acidorum
Limonum.

N. *Succi recentes tot ex tempore parari queunt, quot vegetabilia viridia ſucculenta exhibentur, verumquia gramineum ſapiunt ſaporem, minus in vſum veniunt, licet ſapor ille ſaccharo corrigi queat.*

*Succi inſpiſſati.*

Succus Abſynthii communis.
Acaciæ noſtratis.
N. *Verus Officinis habetur inter natiua.*
Agrimoniæ.
Aloë
Cardui benedicti
Chermes granorum
Centaurii minoris
Cydoniorum
Enulæ
Eumariæ
Glycyrrhzæ
Gratiolæ
Hyperici
Hopſcyami
Ireos noſtratis cæruleæ.
Liquiritiæ
Mercurialis
Myrtillorum Germanicorum, *Heidelbeerſafft*.
Nicotianæ
Papaueris domeſtici
erratici
Plantaginis
Roſarum incarnatarum
rubrarum
Scrophulariæ
Solatri

*Huc pertinet.*

Rob de Berberis ſimplex.
de Ribib.
Mel Ebulinum
Sambucinum
Iuniperinum } conſiſtentiam Electuarii ferè obtinent.
Paſſularum.

CAP.

## CAP. LXXXIII.

### *De Suppoſitoriis & Peſsis.*

SVppoſitorium formandorum ratio in hoc ſita eſt, vt fiat ex materia *duriuſcula, glabra*, adeoque in anum intrudi apta, ſiue illa aptitudo per ſe rebus inſit, ſiue mixtione, coctioneuè concilietur.

Prout igitur indicatio fuerit, ita ſuppoſitoriis materia eligenda, anodyna ſc. detergens, conſolidans, exiccans, aluum irritans, &c.

Vſitatiſſima tamen ſunt ſuppoſitoria deiectoria, eaque pro ratione operationis triplicia.

1. Lenia, *quæ ſolo ferè tactu materiali mouent.* Talia fiunt ex lardo, ficu inuerſa, ſeuo hircino, bubulo, (candela ſeuina,) cera, farina aquæ incocta, (ex qua fiunt ſuppoſitoria in ſole exiccanda,) caulibus, & radicibus, verbi gratia betæ, braſſicæ, bliti, mercurialis, petroſelini, & ſimil.

2. Mediocria, quæ aliquali acrimonia ſtimulant. Talia parantur ex melle ad craſſitiem cocto, ſapone, terebinthina cocta. Quibus adduntur interdum & alia, v.g. muſcerda, ſal, ſaccharum.

3. Fortiora, quæ vi purgante laceſſunt. Talia fiunt ex purgantibus, lenioribus, ac fortioribus, agarico, aloë, hiera picra, puluere ad ſuppoſitoria, elleboro, ſcammonio, & ſimil.

*Modus parandi.*

Mel coquitur lentè ad ſpiſſitudinem, vt digitis tractari poſſit, ſine inquinatione, experiri id licet guttula in laminam frigidam, vel ſtanneam effuſa, ) hinc effunditur in dictam laminam, oleo illitam, dumque frigeſcit, formantur ſuppoſitoria, oleoque illinuntur.

Si qua addendo fuerint, ante effuſionem ea pulueriſata admiſcere oportet, vel & formatos cylindros iiſdem inuoluere, vt obducantur.

Proportio mellis ℥ I. puluer. (ad purgantia mitiora) ʒ I. præter propter, (ad fortiora) ℈ß. ʒß. vel. ʒ I. ⊖ aut ♉.

Vt ℞. Mellis, q.ſ. (ʒ I) ſalis gemm. ℈ß. aut ⊖ ℈j. muſcerd. ℈ß. F. ſuppoſitorium.

℞. Agaric. ℈j. ſal. gemm. ℈ß. mellis, q.ſ. F ſuppoſitorium.

℞. Pulu. ad ſuppoſitor. commun. ʒ I. mellis, q.ſ. ſuppoſitorium.

*De Peſſariis.*

Peſſaria, peſſi, naſcalia, ad digiti formam ferè formari conſueuerũt, fiuntque ex rebus medicamentalibus vterinis quæ vel ſuſcipiuntur, ſacculo lineo oblongo, lana concerpta, goſſypioue, vel incorporantur cum melle, ladano, galbano, cera, ſucco, ſimiliue re, formanturque ad dictam formam digiti.

M. *Figurâ ſuppoſitoriis ſimilia ſunt, niſi quod longiora & craſſiora.*

*Exemplo ſint.*

℞. Myrrhæ ʒiß.
Spec. hier. pic. compoſ.
benedict. laxat. ana ʒ I.
Cum melle cocto F. peſſarium, quod panno raro obductum, immittatur vtero ad menſes ciendos.
*VVeickhard.*

℞. Stercoris aſini, q. ſ. deſicca & pulueriſa, inuoluaturque puluis panno de ſerico, pro peſſario hæmorrhagiam vteri ſiſtente.

℞. Burſ. paſtor. M. ß. contunde & inde panno pro ſuppoſitorio menſes ſiſtente. &c.

N. *Poſſunt itidem radices certè, v. gr. rubiæ tinctorum, cyperi, Iridis, & ſimil, loco peſſarii adhiberi.*

---

## CAP. LXXXIV.

### *De Syrupis, Mellibus & Robis Syrupiſatis.*

SYruporum materia principalis eſt liquor quidam medicamentoſus; decoctum, infuſum, ſuccus, aqua ſtillatitia, acetumuè. Seruilis, eſt ſaccharum clarificatum, melue depuratum, cum quibus liquor ad conſiſtentiam mellis liquidiuſculi coquitur.

N. *Saccharum & mel adduntur præcipuè vt liquorum corruptibilitatem arceant, tum quoque vt qualitatem ingratam mitigent, ſaporemque medicamento gratiorem concilient. Hinc non abs re foret, loco ſacchari aut mellis aliquando gratiores alias adhibere melligines, cum liquore ſyrupiſando qualitatibus conſpirantes; quales ſunt, verbi gratia, mel paſſularum, rob pomorum redolentium, ſuccus glycyrrhizæ depuratus, &c.*

Syrupi ſunt ſimplices vel compoſiti.

Simplices, qui vtplurimum ex ſimplici vnaque re medicamentali cum ſaccharo aut melle parantur.

Compoſitus, qui ex pluribus.

*Modus fiendi.*

℞. Liquorem clarificatum, (decoctum, infuſum, ſuccum expreſſum, acetum,) adde ſaccharum, vel mel, & ſimil. coque, clarifica, (ſi opus,) inſpiſſa ad mellis conſiſtentiam, ac repone pro vſu.

N. *Guttulâ in tabulam frigidam effuſâ conſiſtentiam experiri licet.*

Proportio liquores ad ſaccharum aut mel eſt ferè dupla vel tripla.

*Verbi gratia.*

℞. Decocti. ℔. iij. ſacchari. ℔ iß. vel 1. prout craſſior, vel dilutior ſyrupus expetitur, vel prout durationi longiori, breuioriuè deſtinatur.

*Virium ratione ſunt ſyrupi alterantes & purgantes.*

*Syrupi alterantes vſitatiores.*

Syrupus de abſynthio maior, A. C.
Acetoſitatis citri, ſ. è ſucco citri. A. C.
de ſucco acetoſæ.
acetoſellæ.
Acetoſus ſimplex, id eſt, ex + & ▽. A.
Acetoſus compoſitus, (è radicibus + & ▽. A.
Acetoſus Diarrhodon, A.
Adiantinus Fernelii, A.
de Agreſta, A. C.
de Althæa Fernelii, A. Renod.
Aniſi ſimplex Querc. *infr.* 1.
Antepilepticus Querc. 2.
Aquilegiæ flor.
Arantiorum è ſucco
è corticibus
è floribus

de

de Artemiſia Fernelii, compoſ. 3.
è ſucco Betonicæ
de Betonica compoſitus.
de ſucc. Berberum.
Bizantinus ſimplex ſ. Dynari è ſucc. Endiu.
Ap. Lupul. Bugloſs.
Bizantinus compoſit 9 A. C.
de Borragine, ſ. Infuſionis
de Bugloſſa è floribus
de Calamentha Meſuæ, A.C.
Calendulæ Quercetani, fit è ſucc. vel Infuſ. flor.
è ſucc. Chamæmeli
Capillorum Veneris ſimplex, ex decoctione.
Capillorum Veneris comp.
Cardiacus, 4.
de ſucco Cardui benedicti.
Ceraſorum acidorum: è ſucco.
Cichorii ſimplex: è ſucco.
de Cinamomo, A.
N. *Quercetanus parat eum Vino maluatico. Auguſtani* ▽ *cinamomi.*
de Cortice citri.
N. *è ſucco citri dicitur ſyrupus aceтоſitatis citri.*
Coralliorum, *v. l 3. c. 6.*
Cytoniorum è ſucco
Cytoniorum vinoſus ſimplex, ſ. Miua cytoniorum, quæ ſimplex & aromatica.
de Endiua ſimplex.
compoſitus.
de Eryſimo Lobelii, 5.
de Eupatorio Meſuæ, A. C.
de Farfara; è ſucco
N. *Renodæus compoſitum exhibet.*
de fragis è ſucco
de Fumaria ſimplex; è ſucc.
de Glycyrrhiza Meſue, A.C
Granatorum dulcium: è ſucco
Granat. acidorum: è ſucco cum aceto
Oxyſaccharum compoſit.
Antihecticus, 6.
de ſucco Hederæ terreſtris
de ſucc. Hyperici
de Hyſſopo Meſuæ A.C.
de Iuiubis Meſuæ, A.C.
de Limonibus: è ſucco
de ſucc. Meliſſophyll.
de Mentha minor: è ſucco Menth. granat. dulc. vel acid.
Syrupus de Mentha maior, Meſuæ A. C.
de ſucc. Mercurialis
Myrtinus compoſitus Meſuæ
Nephrocatharticus Iouberti. A.
Nicotianæ ſeu de Peto ſimplex, Quercet. 7.
Nicot. compoſitus, 8.
de Nymphæa: è florum infuſione. A.
de Nymphæa compoſitus. Pedemontani, 8.
de Papauere albo ſimplex, A.
de Papau. alb. compoſit9 A.
de Papau. erratico, è florum infuſ. A.
de Floribus Paralyſis.
de pede cati, ſ. Hiſpidula ſiue
de Æluropo ſimplex: fit ex infuſione ſummitatum
de Æluropo compoſitus 9.
Flor. Pœoniæ

de Piloſella : ex infuſione ſummitatum floridarum.
de ſucco Plantaginis.
de Pomis : è ſucco.
de Portulaca Meſuæ.
de Praſſio Meſuæ.
de duabus radicibus.
de quinque rad.
Refectiuus Cord.
Ribium è ſucco.
Syrupus Roſatus regius, ſeu Iulepus roſatus.
de Roſis ſiccis
de Rubo Idæo
de Scabioſa
de Scordio è ſucco
compoſitus Mercurialis, A.
de Scolopendrio Fernelij, A. C.
de Semperuiuo è ſucco
compoſitus
Siliquatum
de Stœchade ſimplex, A.
compoſitus, A.
Fernelij, A.
de Symphyto, Fernelij, A.
de Teſtudinibus, 10.
Flor. Tunicæ
de ſucco veronicæ
Violatus ſimplex
compoſitus Meſuæ
regius, ſ. Iulepus violatus.
ex ſucco.

Haius loci ſunt & Syrupi melliti, mella vulgò dicti.

Ve

Mel Anthoſatum
Emblicorum, id eſt, mel in quo Emblici myrob. conditi, vel decoctum Emblicorum inſpiſſatum.
Mel Menthę, è ſucco & mell. ana.
Mercuriale è ſucco & mell. ½.
Roſatum ſimplex, ex infuſione triplici & mell. $\frac{*}{3}$.
Roſatum citratum Meſuæ, ex gemmis & mell.
Violatum ſimplex ex infuſione triplici & mell. $\frac{*}{3}$.
Sic Oxymel ſimplex
compoſitum
diureticum
ſcylliticum ſimpl.
compoſ.
(Vide Diſp.)

*Huc pertinent & Rob compoſita.*

Rob de Agreſta
de Berberis
de Cornis
de Ribib.
(ex ſucc. & ſacchar. ½.)

Diamoron ſimplex, ex ſucc. ½. & mell.
compoſitum
vſitatum Gal.
Nuccum ex ſucco cort. virid. iugl. & mell. ½.

*Syrupi purgantes vſitatiores.*

Syrupus Flor. Acaciæ Aug.
de Carthamo, A.
de Cichoreo cum Rhabarbaro, A. C.
Diaſereos, Andern. A.
de Epithymo
de Fumaria comp. ſ. maior.
Syrupus Hellebor. minor. Querc. 1.
Helleborat. maior.
Holagogus, 2.
Flor. perſicorum
de polypodio, A. C.

de

de pomis regis Sabor, A.
cum ſena Querc.
de Rhabarbaro ſolutiuus, Aug.
Roſatus ſolutiuus ſimplex ſ. Mucharum, è Damaſcenarum 3. infuſ.
Roſatus *laxatiuus* compoſitus, ſ. *Helleboratus.*
*Roſatus* compoſitus, ſine Helleboro.
de Senna.
Violatus ſolutiuus, ſ. infuſionis.
Vomitiuus, 3.
Mel Roſatum laxatiuum, } ex infuſ:
Violatum laxatiuum. } & mell. 1/2.
Oxymel Helleborum Geſner. A. C.
Oxyſaccharum vomitiuum, 4.

1. *Syrupus Aniſi, cum Vino : Quercetani.*

℞. *Aniſi conquaſſati,* ℥ iv. maceretur in vini generoſi, ℔.ij. per tres dies, coletur: Colaturæ adde Sacchari, ℔.ij. & coque ad ſyrupum.

N. *Eodem modo concinnari poſſunt Syrupi, & ex aliis ſeminibus, veluti ex ſemin. fœniculi, pœoniæ, ex baccis lauri, iuniperi, & ſimil.*

2. *Syrupus antiepilepticus : Quercetani.*

℞. Rad. pœoniæ
Viſci querni, ana ℥ß.
Cinamomi opt. ʒij.
Flor. calendulæ.
Lilij conuall.
Tiliæ
Lauendul. à p. 1.
Roſar. rubr. p. ij.

F. Extractio cum ſpiritu Iuniperi, vel Vi, ad eminentiam digit. 4.
Decantetur.

℞. Tincturæ ℥x.
Sacchari candi pulueriſat. ℥iij. aut iv.

M. & accendantur, flagrentque continuò agitando, donec ſyrupus ſatis coctus, aut plus minuſuè fortis videatur. Tum enim extinguendum erit incendiũ.

Vires. *Præſtantiſſimus eſt Syrupus, tàm præcautioni, quàm curationi inſeruiens.*

*Doſis cochlear ſ.*

3. *Syrupus de Artemiſia Fernelij.*

℞. Summit. Artemiſ. M. ij.
Rad. Iridis
Helenij
Rubiæ
Pœoniæ
Leuiſtici
Fœniculi à ℥ß.
Herb. Pulegij
Origani
Calaminth.
Nepet.
Meliſſophyll.
Sabinæ
Sampſuchi
Hyſſopi
Praſſij
Chamædryos
Chamæpityos
Parthenij
Betonicæ à M. j.
Sem. Aniſ.
Petroſel.
Fœnicul.
Ocymi
Dauci
Rutæ
Nigellæ ana ʒiij.

Contuſa macerentur horis 24. in hydromelit. ℔. viij. Coquantur ad ℔. v. & cum ſacchari. ℔. v. F. Syrup. qui condiatur Cinam. ℥1. Spic. ʒiiij.

Vires. *Inſignium eſt virium in vteri affectibus, a viſcida mucilagine ſubortis, prouocet menſtrua, vterumque repurgat.*

4. *Syrupus Cardiacus, F.F.*

℞. Vini albi generoſ. ℔. ij.
Aqu. Roſar. ℥ iß.
Cinamom. ʒ ß.
Zinziber.
Caryophyll. ana ʒ ij.

Ligentur omnia in petia, addaturque Sacchar. ℥ i vß.

Coque ad conſiſtentiam ſyrupi poſtea adde
Ambr. gryſ. gran. iij.
Moſch g. i. in ſyndone.

Vires. *Conuenit in lipothymia, aliiſque cordis affectibus.*

N. *Præſtat ſola infuſione, vel in* ℬ *parare.*

5. *Syrupus de Eryſimo Lobelii.*

℞. Eryſim. totius recent. M. vi.
Rad. Enul.
Tuſſilag. ſucco adhuc prægnantium.
Glzcyrrhiz. ana ℥ ij.
Herb. Borrag.
Cichor.
Capill. ♀ ana M iß.
Flor. Cordial.
Anthos
Stœchad. vel Betonic. ana M. i ß.
Sem. Aniſ ʒ vi.
Paſſulat. mur datar. ℥ ij.

Inciſis & contuſis f. omnium decoctio ſ.a. in ſ.q. aquæ hordei, hydromelitis & ℥ vi. ſucci Eryſimi, ad ℔. ij. vel. iij. exprime, inque Colatura diſſolue ſacchar. q.ſ. f. ſyrupus.

Vires. *Efficaciſſimus eſt ad mucilaginem pulmonum incidendam, & educendam, adeo vt beneficio eius iuuencu-las decennio raucedine laborantes, ſe percuraniſſe, teſtetur Author libr. obſeruat.*

6. *Syrupus Antihecticus Riuierij Med. Regy.*

℞. Teſtud. lacuſtr. aut fluuiat. in fruſta diſſect. ℔ ij. cancror. fluuiat. viuorum confract. ℔ iß. ſem. quat. frig. maior. ℥ iv.
Limacum per medium ſectorum M ij.
Succi veron. mar.
Melon. ana ℔ j.
Vini alb. ℔. vi.
Succi nicot. ℔ ij.
Vuarum Corinth.
Paſſul. ana q. ſ.

Ponantur omnia in magno matracio bene obturato & ſinantur digeri per ♂ 2 poſtea deſtillentur ex cineribus, & ex liquore deſtillato & ſacch. cand. ℔. iv. F. ſyrupus. Cap. ℥ j. pro doſi paulò ante paſtum bis aut ter in die, adde vſus tempore
Lactis ſulph.
Perlarum an. gutt. vij. M. & exhibe

Lac perlarum fit terendo eas ſuper marmor in Alcool. irrorando aq. roſ. paulatim, deinde iterum terendo in mortar. marm. cum ſucco limonum ſtatim perlæ diſſoluentur, filtra, colatura ſeruetur.

7. *Syrupus Nicotianæ, ſ. de Peto ſimplex Querc.*

℞. Succ. Peti ℔. iv.
Hydromelit. ſimpl. ℔. i.
Oxymelit. ſimpl. ℥ iv.

Omnibus ſimul mixtis, fiat digeſtio in M. ♂ 2. vel 3. vt defecetur; hinc decanta, ac digere iterum vt ſupra, donec materia ab omni fæculentia depurata fuerit, adde poſtea ſacchari ℔. ij. & coque in ſyrupum.

N. *Succus*

N. *Succus Peti opus habet perexquiſita & ingenioſa digeſtione, qua vis vomitiua, ac deiectiua corrigitur, atque in ſyrupum abit præſtantiſſimum, aduerſus omnes affectus aſthmaticos, in quibus pulmonum bronchia pituita craſſa ac viſcoſa adeò infarciuntur, vt intercepta reſpiratione ſuffocationis periculum immineat, in quo caſu ſyrupus hic ritè præparatus & adminiſtratus mira præſtat. Cerebrum inſuper à catarrhis, ſiue fluxionibus ſeroſis & frigidis liberat, ſimulque per inferiora educit.*

*Doſis cochlear. ſ. vbi tamen à principio ſumma opus eſt circumſpectione, poſtea vero doſis augenda erit.*

8. *Syrupus de Nicotiana compoſitus Quercetani.*

℞. Succi Peti (Nicotianæ) depurati (vt ſupra) ℔iiß.
Hydromelitis ſimpl. ℔. 1.
In quibus macera per ʃ 2. vel 3. MP.
Fol. Hyſſop.
Polytrich.
Adiant.
Flor. Tuſſilagin.
Stæchad.
Violar.
Bugloſſ. ana p. ij.
Sem. Bombac.
Vrtic.
Card bened. à ℥ 1.
Follicul. ſenæ ℥iij.
Agaric. rec. trochiſc. ℥ 1.
Cinamom.
Macis
Caryophyllor. à ʒ 1.

Dein fortiter exprimantur, digerantur denuo ad perfectam fecum depurationem. Colaturæ ℔iiß. adde tantundem ſacchari, coquantur in ſyrupum.

Vires. *Ad anhelosos & aſthmaticos alioſque affectus omnes pulmonum à frigidis & craſſis humoribus ſubortos, qui pulmonum bronchiis inhærentes, vel tuſſim antiquam, vel ipſam diſpneam pariunt, excellentiſſimum eſt remedium, aluum leniter ſoluendo.*

*Doſis ℥ iß. vel. ℥ij. ad ſummum.*

9. *Syrupus de pede cati compoſitus.*

℞. Dactylor. mundat.
Iuiubar.
Sebeſten.
Ficuum recent.
Paſſul. maior. enucl. à ℥ 1 v.
Vngul. caballin. c. toto.
Pulmonar. maculoſ. c. flor. à Mij.
Pedis cati.
Ceterach. ana M. 1.
Glycyrrhiz. raſ. ℥ 1.

F. Decoctio & exinde cum ſacchari ℔. ij. ſyrupus perfectè coctus.

Vires. *Pectoralis eſt ac nutritiuus, vnde his qui phthiſi laborant, ſolamini magno eſſe poterit.*

10. *Syrupus de Teſtudinibus Reſumptiuus Renodai.*

℞. Carnis teſtudinem. ℥ 1 v. (abiectis cauda, collo & pedibus.
Hordei mundat. ℥ij.
Carnis dactylorum, ℥ 1.
Paſſularum damaſcenarum.
Glycyrrhiz. raſæ ʒ v 1.
Sebeſten.
Iuiub. ana num. 1 1 1.
Sem. Bombac.
Melonum.
Cucum.
Citrull. ana ʒß.
Sem. Lactuc.
Papau. alb. ana ʒij.
Herb. Vngul. caballin.
Pulmonariæ ana M. 1.
Flor. violat.
Nenuphar. à ℥ß.

 F. Decoctio.

F. Decoctio. In colatura clarific. ad ℔.IV.adde Sacchar.alb.℔.ij. ſacchar.roſati & diatragacanth.frig. ana ℥v.F.ſyrupus.

Vires. *Confert his qui à morbo chronico reſurgunt, macie confectis, tabidis, phthiſicis, & ſimil.*

*Syrupi purgantes.*

1. *Syrupus Helleboratus minor Quercetani.*

℞.Fibrarum hellebori nigri.ʒij.
Agaric.rec. trochiſc. ℥ij.
Fol.ſen.mundat. ℥iij.
Turbith.
Hermodactylor.ana ℥I.
Sem. Aniſi
Fænicul.
Cort Citri à ℥ß.
Caryophyll.
Macis
Cinamom. à ʒij.

Macerentur in Oxymelitis ſimplicis, Vini maluatici, & aquarum Meliſſæ ac Fumariæ ana q. ſ. vaſe vitreo clauſo, hinc leuiter bulliant ac exprimantur. Depuratæ per digeſtionem colaturæ addantur.

Syrupi de pomis redolentibus ſolutiui
de ſuccis roſarum pallidarum.
Sacchari roſati & violati ana ℥IV.F Syrupus.

Vires, *Omnibus morbis à materia tartarea, craſſa ac tenace, à phlegmate aduſto, bile aut melancholia dependentibus, in capite, thorace, ventriculo, hepate, vtero, ipſiſque articulis mirum in modum confert.*

N. *Habet & idem Quercetanus Syrupum helleboratum maiorem, ſed ſufficit hunc in Officinis paratum aſſeruare.*

2. *Syrupus Holagogus, F.F.*

℞. Rad. Polypod. querc. rec.
Cappar.ana ʒI.
Fol. Scolopendr.
Ceterach.
Meliſs.
Betonic.
Rutæ murar. à M. I.
Flor. Trium cordial.
Cuſcut.ana M.ß.
Fœnic.
Aniſ.à ʒij.
Carthami contuſ. ℥I.

F.Decoctio in ſ.q.aquæ, ad remanentiam quantitatis, cui ſpecies infra ſcriptæ infundi queant. Decoctio hæc ita ſtet horis 24. tùm fiat colatura, & in hac infundantur.

Fol.Semn.mundat.℥IV.
Agaric. albiſs. ʒij.
Hermodactyl.alb.℥VI.
Rad. Hellebor, nigr.in aceto præparat. ʒI.
Epithymi
Zinzib. alb. ana ʒij.
Caryophyllor. ℈ij.
Macis ℈j.

Bulliant parum & ſtent in infuſione horis 24. hinc exprimantur.

℞. Expreſſionem integram (ad ℔.ij.& ℥iij.
Succi roſar.incarnatar.℥IX.
Sacchari albiſs.℔.iij.

Coque ad lb.IV. circiter.

Vires. *Conuenit omnibus humoribus expurgandis, pracipue atra bili, ac exinde morbis oriundis.*

3. *Syrupus Vomitiuus.*

℞. Aqu. Vomitoriæ ſ. benedictæ, (ſiue illa ex croco ſit, ſiue ex vitro ♁ ii,) ℥VI.
Aqu.Roſar.fragrant. ʒiß.
Pulu.cinamom. ʒij.

Digerantur vaſe clauſo horis 24. poſtea cola: In colatura diſſolue Sacchari ℥viij. coque ad conſiſtentiam ſyrupi.

*Doſis à ʒj. ad ʒij.*

4. *Oxyſaccharum vomitiuum.*

℞. Vitr. ♁ii puluer. ʒß.

Acet. vini albiſs. ℥vij.

Infundantur in MB. l. △. per horas xv. colaturæ adde ſacchari albiſs. ℥ iv. reduc in patina vitrea ad conſiſtentiam.

Vires. *vti eo poſſumus pro vomitorio aduerſus febres continuas, peſtilentes & intermittentes, paulo ante paroxyſmum. Item, contra venena, Exanthemata, antequam ſcilicet prodierint.*

*Doſis à ʒij. ad vj. Sala.*

N. *Loco Vitri ♁ in his compoſitionibus ſumere quoque licet crocum metallorum, vel etiam flores ♁ij.*

---

## CAP. LXXXV.

### *De Tincturis.*

Tincturæ, tùm liquidioris, tùm ſolidioris conſiſtentiæ in vſu ſunt.

Liquidioris conſiſtentiæ Tincturæ nihil aliud ſunt, quàm extractiones ſine abſtracto menſtruo.

Solidioris conſiſtentiæ Tincturæ ſunt pulueres, ſine combuſtione, ex liquidioribus tincturis abſtracto menſtruo reſidui. Et hoc iuris ſola mineralia ſibi vendicare videntur.

Modus fiendi fit ad modum, quem de Extractis dedimus. Conueniunt nimirum Tincturæ cum Extractis in plurimis, adeoque non rarò confunduntur, quam confuſionem vti in aliis, ita & hoccè in loco remouere, non abſque commodo foret. Hinc fiunt Tincturæ.

1. *Ex fructibus.*

℞. Rob, affunde ▽, ac extrahe.

Vel ℞. Baccas ſeu fructus exiccatos, affunde ▽ conuenientem ſtillatitiam, ac extrahe, &c.

N. *Si Tinctura lentè inſpiſſetur, Extractum dicitur. Quercet. P. R. cap. 26. Sic fiunt Tinctura ceraſorum, baccarum ſambuci, ebuli, & ſimil.*

*II. Ex floribus.*

℞. Flores ſiccos, infunde in ▽ appropriata, (propria,) vel fontana tepida, additis guttulis aliquot ſpirit. ⊖i, vel 🜖is.

*Famoſiores Tincturæ ſunt.*

*Ex Mineralibus.*

Tincturæ ☉, ☾, ☿, ♂, ♄, ♁, ⊖i, 🜖is } *vide libro tertio.*

Smaragdi.

*Ex vegetabilibus, & maximè ex floribus.*

Tinctura Alkekengi è baccis.

Eſſentia croci, vid. l. 4.

Ceraſorum nigrorum.

Fragorum.

Hypericonis, vide c. 57.

Flor. Pœoniæ.

Rhæados.
Roſarum,
Violarum
Granorum Sambuci
Ebuli.

*Ex animalibus.*

Tinctura fellis tauri; vide libr. 5.

1. *Tinctura Parac. diaphoretica correcta à S. Cloſs.*

℞. Zedoar.
Angel.
Calam, arom.
Galang.
Macis
Zinzib.
Cinnam.
Gran. parad.
Piper. nigr.
Garyoph.
Saſſafr.
Sarſæpar.
Vlmar, an. ℥j.
Aloës
Maſtich.
Myrrh.
Thur.
Camph. an. ʒß.
Moſch. ℈j Infund. in ♄ &

Aq. roſ. moſchat. an q. ſ. vt ſuperemineant digitos 4. Adde ad maturandam putrefactionem

🜔 per camp. ℥ß.
Salis iuniperini ʒij.

Stent in loco calido per 14. ♂.

*Doſ. ℈j. in formâ qualibet. Eliquat glaciata, reſinoſa diffundit, fuliginoſa efflat, balſamicâ ſuâ vi putredinem arcet, & ſoporiferis morbis auxiliatur.*

2. *Tinctura Catharetica S. Cloſs. Arch. Mediomatricûm.*

♃ Scammon. ℥j.
Turbith.
Agar,
Hermodact.
Rhabarb. an. ʒiij.

Pulueriſata indantur lagenæ vitreæ addendo

🜄 per 40. ♂ circulati, vt acrimoniam deponat (vel eius loco aq. cinnam. alb. 1. exſtillat.) ℔ ß.

Infundantur per 8. ♌ in ciner. & agitentur bis aut ter ſingulis diebus, tinctus ♌ aureo colore depleatur ſeruetur que. Eius cochl. j. M. cum ℥ß. ſyr. roſ. pallid. viol. aut limon. aceſacti cum ⊖li.

***Benignè admodũ corpus à ſaburrâ phlegmaticâ aut ſeroſâ vindicat & repurgat***

## CAP. LXXXVI.

### *De Trochiſcis.*

MAteria Trochiſcorum ſunt omnis generis Medicamenta, quæ pulueriſata, liquore conueniente, (viſcoſo,) ſuſcipi, compilari ac impaſtari queunt.

Parantur autem in Officinis Trochiſci, partim vt pulueres viſcoſo aliquo liquore compacti ab iniuria aëris eò melius aſſeruentur, exigenteque neceſſitate adhiberi queant, partim quoque, vt per ſe applicentur, e. gr. Trochiſci bechici, ſublinguales, prophylactici, trochiſci pro fumo, & ſimil.

Modus

*Modus fiendi*

℞ Medicamenta ſubtiliter puluerisata, redige in maſſam cum liquore conueniente mucilaginoſa, e.gr. cum mucilagine aliqua (Tragac.) cum ſucco, ſyrupo, & ſimil.

Ex maſſa impaſtata formantur trochiſci, ſeu *parui paſtilli*, (quibus character *pro libitu* imprimitur,) vel *fiunt inde bacilli* oblongi.

*Trochiſci vſitatiores alterantes.*

*Trochiſci.*

de Abſynthio, Meſuæ, *Auguſt.*
de Agno caſto, Rhaſis, *Aug.*
Alexiterij ſ. contra peſtem, 1.
Aliptæ moſchatæ, cum ambra ac moſcho, A.
Aliptæ moſchatæ, ſine ambra & moſcho.
de Alkekengi, cum opio, A.
ſine opio.
de *Aniſo, Meſuæ, A.*
Bechici *albi, cum moſcho, A.*
ſine moſcho.
nigri.
rubri, ſiue è bolo.
de Benzoin
de Berberis
de Camphora, Meſuæ.
N. *Renodæus alios è Myrepſo ſubſtituit.*
de Capparibus, Meſuæ.
de Charabe, ſ. ſuccino, Meſuæ
de Corallio, Nicol.
Diacoralliu, Gal.
Cypheos Damocratis
de Eupatorio, Meſuæ
pro fumo vulgares, 2.
optimi. ſ. cum moſcho, 3.
de Gallia moſchata
Gordonij
Hedychroi
de Violis, Nicol.
de Lacca, Meſuæ
Moſchardini, 4.
de Myrrha Rhaſ.
Pectorales. Baculi pectorales, 5.
Prophylactici cum mithridatio, 6.
Ramich. Meſuæ
Diarrhodon. Nicol.
de Santalis, Meſuæ
Diaſpermaton. Gal.
de Spodio
de Terra ſigillata, Meſ.
de Vipera, Gal.
de Xyloaloë, Meſuæ.

Huc referendi ſunt. 1. Throchiſci ophthalmici, quibus imponitur nomen Sief. 2. Candelæ pro fumo. 3. Sapo odoratus, ac 4. Poma Ambræ, de quibus partim ſuis locis, partim hoc loco.

*Collyria ſunt vſitatiora.*

Sief. album cum & ſine Opio
album Galeni.
citrinum Meſuæ
de plumbo Meſuæ
de roſis ſiccis
de thure Rhaſis.
(Vide *Diſpenſator.*)

*Trochiſci purgantes.*

Trochiſci de Agarico, Meſuæ.
Agaricus Trochiſcatus,
Alhandal, ſ. de Colocynthide.
de Rhabarbaro.
de Violis ſolutiui.

1. *Trochiſci Alexiterij, Renodæi.*

℞. Rad. Zedoariæ
Gentianæ
Tormentillæ
Rad. Ireos flor. à ʒj.
Angelicæ ʒij.
Cinnamomi.
Caryophyllor.
Macis, ana ℥ß.
Zinziber. ʒj.
Coriandri præp.
Roſar. ana ʒj

Cort.citri ſicc.ʒij.

F. Puluis ſubtiliſſimus, & cum ſuccr. Glycyrrhizæ ℥vi.f. paſta molis, de qua formentur trochiſci, vel potius bacilli oblongi.

Vires. *Peſti præcauendæ multum conferunt, ſi in ore detineantur, vel & in ventriculum demittantur.*

*2. Trochſici pro fumo vulgares.*

*F.F.*

℞. Santal.citrin.
Roſar.rubr.
Caryophyll.
Cinnam.à ʒvi.
Benzoin.℥iß.
Styrac.calamit.℥i.
Sacchar.pulu.℥xii.

Cum mucilag. Tragac.in ▽ roſ. fact.f.troſchiſci.

*3. Throchiſci pro fumo cum moſcho,*

*F.F.*

℞. Benzoin.℔.i.
Styrac.calamit.℥vij.
Roſar.rubr.℥i.
Ligni aloës ß.
Caryophyll.
Santal.citr.à ʒij.
Sacchar.alb.ʒviij.
Moſch.
Zibett.ana ʒß.

M.& cum infuſione tragacanth. in ▽ roſar.formentur trochiſci.

*4. Trochiſci moſchardini, aliàs confectio moſchardina: corpus ſine anima.*

℞. Moſchi ex roſar,diſſolut.℈j.
Sacchari albiſſ.ʒvi.
Amyli ʒv.

Atterantur piſtillo, & cum mucaligine tragacanth. (ex 21.) in ▽ roſar. facta, f.grana inſtar hordeaceorum, quæ exciccentur in vmbra, pro vſu.

N. *Sunt qui ſanguinem Draconis ʒij addunt.*

Vires *Graueolentiam oris emendant, ſi paſtillus vnus ac alter in ore detineatur.*

*5. Baculi pectorales.*

*F.F.*

℞. Spec.Diatragac.frigid.
Diaireos ſimpl.ana ʒi.
Rad.Liquirit.℥ß.
Sacchar.albiſſ.ʒvi.

Cum mucilagin. tragacanth. F.Bacul.

Vires. *Tuſſim leniunt, aſperitatem demulcent.*

*6. Trochiſci Prophylactici cum Mithridatio, F.F.*

℞. Boli armen.in ſucco citri infuſi & exiccati ℥i.
Corall.rubr.præpar.ʒij.
Raſur.c.c.ʒi.
Succin.alb.℈ij.
Rad.Tormentill.
Pimpinell.
Imperator.
Angelic.
Zedoar.à ʒij.
Cinamom.ʒ.ij.
Croc.℈j.

F.Puluis ſubtiliſſimus

℞. Huius pulueris.ʒij.
Mithridatij opt.ʒi.
🜔 Cinamom.
Angelic.ana gutt.i.
Sacchar.albiſſ.℥iij.

Cum infuſione G. Tragac, in ▽ angelicæ facta, F.Trochiſci.

Vires. *Frequenti hic in vſu ſunt ad peſtem præcauendam.*

Huius quoque loci ſunt, candelæ & baculi fumales, quæ fiunt ex pulueribus odoriferis, impaſtatis mucilagini Tragacanth. Styrac. & ſimil. vti trochiſci pro fumo, à quo non differunt, quoad modum fiendi.

*Sic ſunt*

7 *Candelæ famales, F.F.*

℞.Benzoin.℥xvi.
Lign. aloës.
Rhod.
Santal.citrin.
Ladan. ana ℥iv.
Oliban.
Maſtich.
Garyophyll.à ℥iij.
Sacchar.alb.℔.ij.
Carbon.tiliæ.℔.vi.ß.

F. Omnium puluis ſubtiliſſimus & cum mucilagine tragacant. in ▽ roſar.maioran, & cort. citri facta, formentur candelæ, addendo parum ſtyracis liquid.& terebinth.

8. *Maſſa ſeu baculi pro fornace,*

℞.Benzoin.
Storac.cal.à ℥i.
Ladan.opt.ʒvi.
Balſam.indic.ʒiij.
Lign aloës ʒiij.(præſtat Extract.
Moſch.Alexandr.
Zibert.ana ℈j.M.f.a.f.Maſſa.

Formenturque inſtar ceræ Hiſpanicæ baccilli fornaci affricandi.

---

## CAPVT LXXXVII.

### *De Balſamis Inunctoriis, Linimentis, Vnguentis.*

BAlſami Inunctorij, Linimenta & Vnguenta, vix præparatione & ferè, non niſi conſiſtentia inter ſe differunt, quam *illi* liquidiorem habent inſtar mellis; *iſta* paulo duriorem, ac vix fluidam; *hæc* craſſiorem adhuc, minuſque fluidam: vbi tamen notari velim, in praxi plerumque Linimenti ac Vnguenti nomina confundi.

Materiæ ex quibus parantur, ſunt olea, butyrum, adipes, ſeua, medullæ, reſinæ, mucilagines, ſucci; vt & res aliæ, quæ aptæ ſunt dictis materiis, vel ſub forma puluerum immiſceri, vel in iiſdem colliquari, &c.

N. 1. *Sumitur ad Olei* ℥j. *pinguedinis ferè*
*ʒj vel ij. in linimentis*
*ʒj vel.ß. in balſamis*
*ʒjß. vel. ʒß. in vnguẽtis addita inſuper pulueris. ʒj. &c.*

N. 2. *Balſami ob molliuſculam conſiſtentiam Cera carent. Linimenta vel nihil, vel parum admittunt, (ſcil. ad Olei* ℥j. *Ceræ* ʒj.*) Vnguenta verò vti conſiſtentiam requirunt craſſiorem, ita & materiam volunt duriorem, adeòque Cerã copioſiorẽ & nonnunquã gũmata.*

*Modus parandi.*

Recipiuntur Olea, hinc adduntur quæ craſſiorem inducunt conſiſtentiã, idque vel ſola miſtura, vel, ſi opus ſit liquefactione interueniente.

N. 1. *Fieri poteſt quoque linimentum vnguentúmue ex pulueribus, melle, oxymelite. ſyrupo. & ſimili ſuſceptis, in forma ſcil.* Electuarij.

N. 2. *Succi aquei ſi addendi ſint, coquendi illi ſunt cum oleis ad humiditatis illius aqueæ conſumptionem, cuius indicium eſt, ſi inſtilletur guttula ſuper prunas ſine ſtrepitu.*

*Balſami vſitatiores ſunt.*

Balſamus Balſaminæ. 1.
Hiſpaniæ, 2.
Hyperici magiſtralis 3.
Mirabilis ſ. compoſ. 4.
Vterinus, 5.
Vulneratus, 6.7.8.9.10.

 Lini-

*Linimenta vſitatiora ſunt.*

Linimentum ♄i, id eſt Balſamus ♄i, dictus, 11.

Linimentum de Amianto,
dentifricium, 13.
Errhinum, 14.

*Vnguenta vſitatiora.*

*Vnguentum*

Agryppæ Meſuæ, *Aug.*
Ægyptiacum, A.
Alabaſtrinum, *A.*
Album. Auicenn.
Album Camphoratum, *A.*

*Vnguentum*

Altheæ ſimplex, Dialthæa, 1.
compoſitum, *A.*
Anodinum, Cord.
Anodinum, 15.
Anodin. Padagricum, Croll. 16.
Apoſtolicum Auicenn. *A.*
Aregon. *A.*
Arthanitæ maius
minus
Aureum Meſuæ
Baſilicum
de Bdellio
Butyraceum neruale. 17.
de Calce
ad Caruncūlas penis.
de Ceruſſa Auicen.
Citrinum
Comitiſſæ
Cardiacum 18.
Cordiale, 19. 20.
de Cyclamine
de Cynogloſſa
Fuſcum
de Glycyrrhiza.
ad Hæmorrhoides
Noribergenſe.
Infrigidans Galeni
Iouis ſ. de Verbena
de Lithargyrio
Martiatum magnum
paruum
Merculiare
de Minio camphoratum
Narcoticum. 21.
Neruinum

*Vnguentum*

de Nicotiana
Nihili ad Oculos.
Ophthalmicum, 22.
Pectorale
Pediculorum
ad Perniones. 23.
Pomatum
Diapompholygos ſ. Nihili, Nicolai, *A*
Populeum
potabile
Reſumptiuum
Roſatum
Rubeum camphoratum
ad Scabiem, 24.
Spleneticum,
de Succ Arantij.
Sympatheticum, 26.
Terebinthinæ, 27.
ad Tineam
de Turia
ad Vermes
Violatum
Viride Reginæ.
Viride potabile. Butyrum Viride, 28.

1. *Balſamus balſaminæ ſic fit.*

℞ Fol. florum & fructuum balſamin. ana ℥iv.
Rad. conſolid. maior.
Ophiogloſſ. an. ℥ij.
Ariſtol. rot.
Zedoar. an. ℥ß.
Viſci in folliculis Vlmi reperti ℥iß.

Succi

Succi aſtacor,
Fol.per vinc.&
Sanic.an. ℥j.
Infund.in Ol.oliu.q.ſ.& inſolentur. Colato oleo ad libr. ſing. adde Ol. vernic.liquid.℥j.

*Hic balſamus inſeruit neruoſis partibus vulneratis aut ambuſtis, dolorem hemorrhoidum ſedat & mammillarum inflammatarum, addito camph.tantillo, cicatricibus dolendis prodeſt cum ol. ouorum mixtus.*

2.*Balſamus Hiſpaniæ,*

℞.Olei vetuſtiſſ.℥ iv.
Hyperic.℥ij.
Terebinth.puræ,℥viij
Frumenti integr.℥iß.
Rad.card.bened.
Valerian,ã ℥ i.
Thur.puluerizat.℥ij.

Radices & Herbæ craſſo modo contuſæ,ponantur in olla;infundanturque in Vini albi generoſi, q.ſ.vt omnia in Vino mergant, per ♂ (2.) hinc adiiciantur oleum & frumentum,coquanturque omnia ad Vini conſumptionem. Mox facta forti expreſſione, addantur Terebinth.& Thus, & iterum parum ebulliant, ſeruenturque in vaſe vitreo.

Vires. *Sanat vulnera partium etiam neruoſarum ſpacio,vt aiunt,viginti quatuor horarum.*

*Modus vtendi talis eſt.*

Abluto prius vulnere Vino albo frigido,ſtatim inungitur totum vulnus oleo prædicto calente:quod ſi hoc commodè fieri nequeat,per ſyphonem intra vulnus, tamquam per clyſterem immittitur & confertim labra vulneris ad mutuum contactum adducuntur ligatura, aut ſutura aut glutine: deinde partes circumſtantes prædicto oleo ſimiliter inunguntur. Supra vero vulneris labia iam reducta, linteum imponitur,prædicto oleo madens, & ſupra hoc aliud Vino nigro expreſſum, mox alia lintea ſicca: deinde faſcia ſuperligatur. *Vide Hieronymum Fabricium ab Aquapend.ſecundo Opere Chirug.part.2.c.7.*

3.*Balſamus hyperic. Magiſtralis.*
*ſ.oleum hyperaci magiſtrale.*

♃ Ol.oliu.℔.1.
Vini.rubr.℔.ß.
Lumbricorum ſale communi aſperſorum ℥ iv.
Therebinth.Venet.℥ij.
Granorum matur.Matriſylu.ſeptembri collect.Mij.
Florum hyperic.p.iv.

Inſolentur per æquinoctium æſtiuum aut paulò pòſt,colato liquori adde ſpiritus thereb. in quo ſalis ♄ni quantùm capere poterit ſolutum ſit ℥ij
Ol.myrrh.℥j.M.

*Per ſe vulnera curat.*

4.*Balſamus mirabilis ſiue Compoſitus.*

♃ Balſam. Momord. ſe i Balſamin. ſequent.℥ iv.
♀ | per ♌um thereb. extract.℥iß.
Ol.hyperic.magiſtral.ſeq.℥ij.
Tinctur.♂tis
Magnetis alb.puluerif.ana ℥ ß.

Digerantur per menſem. Inſtillentur guttulæ aliquot in vulnus calidè, appoſito deſuper Empl.dia ♀ Rulandi *Ex communicatione.S.Cloſſ.*

5.*Balſamus Vterinus,*

℞ Galban.puriſſ.
Serapin.elect.ana ʒ vi.
Aſ.fœtid.ʒß.
Ammoniac.ʒ i.

Diſſolue in oleo deſtillato Iuniper.& Therebinth.addendo olei Lauri ſtillat.℈.ſuccin.ʒ M.

Vires. *Vteri ſuffocationes inſigniter ſiſtit, menſtrua ciet, ſi vmbilico inungatur, vel abdomen deorſum eo confricetur.*

*6. Balſamum vulnerarium, Crollij.*

℞. Flor Hyperic. ℔. 1.

N. *Colligitur cum Solis ortu, balſamico tempore, in exaltatione, videlicet circa Feſtum Iohannis ante nouilunium.*

Flor. Cheiri.
Centaur. min.
Chelidoniæ
Prunell.
Chamomill.
Rad. Ariſtoloch.
Conſolidæ mediæ vel maioris, à ℥iß.
Roſar. rubr. ℥iiß.
Mumiæ tranſmat.
Myrrh.
Thuris à ℥iß.
Maſtich. ℥1.
Storac. liquid ℥ij.

Inciſis incidendis & tritis terendis F. infuſio in 🜅 boni, ℔. viij. ♂ aliquot, hinc decantetur cum forti expreſſione. Spiritui huic tincto, (niſi velis maioris efficaciæ ergò reiterare infuſinem florum,) addatur olei oliuarum recentis, quod ſupra ramenta pinguia abietina per octo dies, indigeſtione ſtetit, ℔. v. Terebinth. claræ commun. & reſinæ laricææ lotæ in ∇ hyperic. ℔iß.

Iterum per ♂ 14. omnia digerantur: vltimo abſtrahatur 🜅 in MB. tunc balſamum manebit in fundo rubeum, inſtar ſanguinis.

Vires. *Balſamum eſt ad vulnera & punctiones ſanandas efficaciſſimum. Confert & omnibus, tumoribus, inflammationibus, contractis & contuſis membris, rupturis oſſium.*

*Vſus idem qui præcedentis eſſe poteſt.*

*7. Balſamus vulnerarius.*

℞. Galbani
Ammoniac.
Bdell. à ʒß.

Macerentur in † per ♂ 3. hinc colentur & inſpiſſentur ad conſiſtentiam mellis.

Poſtea.

℞. Myrrh. rubr.
Maſtich. el. à ʒß.
Oliban. ℥1.

Puluerifata ſolue, coquendo igne lento in Ol. Oliuar. ℔. 1. oleum ſc. per vices affundendo, ſemperque agitando donec poſteriora hæc bene fuerint eliquata.

Tandem gummata illa priora inſpiſſata (vti dictum,) admiſce ſimili modo agitãdo, & dein recens oleum olinarum per vices affundendo, donec & altera quoque ℔. olei adiecta fuerit, & Balſamus aliquid flauedinis cõtraxerit.

Vulnera recens punctim & cæſim facta, citiſſimè curat.

*Vſus idem eſt qui præcedentium,*

N. *Fortior erit in mundificatione vulneris, ſi æruginis ℥j. addideris, & per menſem inſolaueris, qua ratione feces ſubſidẽtes reiici queũt. Hartim. in praxi.*

*8. Alius Balſamus Vulneratus.*

℞. Ol. oliuar. ℥iv.
Therebinthin. ʒvi.
Maſtic. ʒv.
Thur. ℥i
Myrrh. ʒvi.
Galban. ℥j.
Ærugin. ʒiij
Camphor. ʒj.
Acet. opt. ℥iiß.
Sp. vini ʒß.

Coq. ad conſumptionem aceti.

Cola

Colatura ſeruetur pro vſu.

9.*Balſamus Vulnerarius Metenſium.*

℞ Ol oliu.
Sem.lini purif.an.℔ .
Laurini ℥j.
☍ Baccar.iunip.ſtill.℥ß.
Garyophill.℥j.
Aloës ſuccotr.ʒij
Thereb.*Venet.*ʒij
*Virid.*æris ʒiij.
⊕alb.ʒiß.

Puluериſanda pulueriſentur & coquantur ſimul △ lento dum virorem acquirat oleum.F.Balſ.

*Lauetur vulnus recens ſiue cæſim, ſiue globulo ſclopetico inſlictum vino tepẽte,deinde Balſamus ex tomento lineo, quantùm fieri poteſt calidè inſtilletur & Empl.ſtictico Croll.obtegatur pars vulnerata.Breui admodũ tẽpore curat.ſymptomata vulnerum,inprimis verò Synouiam arcet,morſuum veneratorum malitiam corrigit.Ex cõmunicatione S.Clo.*

10. *Balſamus vulnerarius Samaritanus.*

℞.Ol.oliuarum,vel hyperic.
Vini alb.generoſ.an.

Coquantur ad ignem ad conſumptionem vini.

Vires. *Inſignis eſt ad vulnera recentia mundificanda,& conſideranda.*

11.*Linimentum de* ♄.*Balſamus* ♄

Solue Sal ♄i in 🜊, vt optimè eo imprægnetur, hinc abſtrahe aliquantulum 🜊, miſcéque huius ℥viij.cum olei roſat.℥IV.VI.&c. agitáque vt f.Linimentum.

Vires.*Confert imflammationibus, & ambuſtis illitum.*

12.*Linimentum* ♄*i compoſitum,ſeu Linimentum de amianto.*

℞.Amiant.℥IV.
Plumb.vſt.℥xij
Tut.præparat.ʒij.

Calcinentur, deinde pulueriſata macerentur cum 🜊, ac quotidie per menſem materia agitetur ſemel: poſt menſem ebullienda eſt vnius horæ quaquadrante,ac quieſcere ſinitur, donec clareſcat.

Deinde

℞.Aceti huius clari.
Ol.Roſac.ana.

Miſc.optimè,donec F. Linimentum.

Vires.*Miraculoſum eſt, ad tineam puerorum,& ad vlcera tibiarum ſananda.Inungitur ſcil.pueri caput totum ad ſcabiem. Vlcera veſperi inunguntur. Boëthius de Boodt.*

13 *Linimentum dentifricium.*

℞. Rad.Ireos ʒI.
Pumic.ʒiß.
Alum.vſt.℥ß.
Oc.♋.
Corallor,rubr.ana.ʒI.

Pulueriſata excipiantur melle roſato.F.Linimentum.

14. *Linimentum Errhinum.*

℞.Succ.Ireos;
Cyclamin.
Maioran.
Betæ ana ℥ij.
Ol.Irin.ʒVI.
Elaterij gran.vij.cum Cera.

F.Linimentum.*Crato,*

15.*Vnguentum C.C. Anodynum Guilhelmi Simonidis.*

℞. C.C. dimidium minutim inciſum ponatur in cacabo vino pleno, addito ſemper vino q.ſ. bulliant ad vini conſumptionem.Deinde abiecta craſſiore C.C.parte, medulla remanens fricetur manibus,adde poſtea

Ol.Abrotan.
Hyperic.
Aneth.
Scorpion.
Lumbric.terr.
Nucum
Laurin.
Rut.
Spic.
Sabin.an.℥ß.
Axung.human. ℥iß.
Caſtor.ʒii.
Nitri ʒiß.
Euphorb.ʒ.
M.F.l.a. Vnguent.

Vites. *Summè prodeſt in doloribus ſcorbuto-colicis atrociſſimis, tum & in pareticis & podagricis, aliiſque torminibus.*

*16. Vnguentum Anodynum in Podagra.*

℞. Flor.Roſar.ſylueſtr.M.x.
Hebr, & Cortic exterior. hyoſcyam. recent.M.vi.

Conciſa coquantur in Vini menſur. ſ.hinc exprimantur & colentur. Colaturæ l. △ ad mellis conſiſtentiam inſpiſſatæ, adde pingued.ſuill.caſtrat. ℔.ij. miſce optime ad △, tandem vbi parum refrigerata fuerint: admiſce
Opij in vino ſolut.℥i.
Croci pulu.ad magnitudinem auellanar.duarum.
Extract.flor.verbaſci.℥ß.
F.Vnguentum.

Vires. *Singulare eſt in ſiſtendo dolore Podagrico & Nephritico, ſi calide affectus illo inungatur.*

*N. Vbi dolori nephritico velis applicare, operæ precium feceris, manipul. duos vel tres baccarum Iuniperi ab initio compoſitionis cum hyoſcyamo teras & exprimas. Croll.*

17. *Vnguentum butyraceum neruale S. Cloß.*

℞. Herb.abſynth.virid.
Maioran.
Siſymbr.
Hyſſop.
Meliſſ.
Calamenth.
Orig.
Baſilic.
Hyperic.
Rut.
Calend.
Sabin.
Tanac.
Arthemiſ.
Abrotan.
Flor.Chamæm.
Melil.
Hyperic.
Bethon.
Agrimon.
Centaur.min.a.M i.

Concidantur minutim & in magno fictili bull.in butyr.Maial.℔ vii.
🜄 ℔ vi.

Percoctis herbis & conſumpto 🜄 exprimantur per torcular & coquantur ſimul cum butyro, admiſcendo ſucci nicot.depurat.℔.ii.
Thereb.℔.i.
Ceræ ℥vi.F.Vnguentum.

Tires: *Valet ad omnes affectus frigidos neruorum, ſpaſmum Cynicum, præſertim ſi ſpondyli ceruicis & partes illæ quæ mouent muſculos faciei eo inungantur, ſi verò totum pectus & cartilago Xypheudes, tunc ſedat ſingultum, tuncque ſic præſcribitur.*

♃ Balſ.Peruuian.ʒi.
Butyroſi noſtri ℥ii.
🜄 ℥i.M.omnia ad exhalationem vſque 🜄.

18 *Vnguentum Cardiarum, Hertzgeſpan*

*ſpan Salb! F.F.*

℞.Herb.Cadiac.
Chamædr.
Malu.
Senecij
Iaceæ
Amar.dulc.
Scabioſ.
Sempervin.
*Morſus* gallin.ana.M.ij.

Incidantur & coquantur in ℔. viij. butyri recentis,ad.conſumptioné aquoſitatis,dein exprimantur,& F.Vnguentum.

Vires.*Frequentis vſus in affectu infantum,quem Cardiacam appellant.Fricant eo hypochondria & locum cardia,&c.*

19.*Vnguentum Cordiale, D.D. Arnold.VVeikhardi pro Officinis F.F.*

℞.Vng.roſat.Meſ.℥iij.
Ol.Scorpion.ſimpl.℥iß,
Nuciſt.Expreſſ.
Stillat.cort citri.
camphor.ana.ʒi.
Antidot.Matthiol.
Theriac.Andr.ana ʒiß.
Aloës roſar.ʒij.
M.F.Linimentum.

Vires. *Corroborat Balſamum vitæ, languidiſque viribus ſubuenit. Cordi inunctum.*

20.*Vnguentum Cordiale Cl. Ludou.ab.Hornig.*

℞.Vng.roſ.opt.loti ℥iij
Balſam.Apoplect.℈j.
Ol.Nuciſt.expreſſ.ʒj.
Still.cort.citri.℈ß.
Cinam.g v.
Roſar.g.vi.
M.optimè.

*Vſus idem qui prioris.*

21.*Vnguentum Narcoticum.*

℞ Sacchar.♄ni ʒij.
Opij ʒj
Camphor.℈j.
oo expreſſ.nuc.moſch.ʒj.
nucleorum perſic.ʒij.
ambr.
Moſch.an.℈j.F.l.a.Vnguentum.

Vires.*Non tantùm tolluntur ardores & dolores Capitis,ſed etiam ſuauiter conciliatur ſomnus, ſi vtraque tempora eo illinantur.*

22.*Vnguentum Ophthalmicum,F.F. D.D. de Spina.*

℞.Tut præparat.℥ß.
Camphor.℈j.
Aqu.roſar.Alb.ʒi.
Butyr.rec.℥i.
Virid,æris parum.
M.F.Vnguent.

Vſus. *Applicatur ciliis, in inflammatione ac rubedine oculorum.*

23. *Vnguentum ad perniones mirandum.*

℞ Cer.flau.
Picis reſin.
alb.
Ol.oliu.&
Sem.lin.ana ℔ß.
Sæui bouini
Veruec.liquat.ana quart.iij.
Thur.albiſſ.ʒij.
Minij ♄i officinarum ℥iv. F. Vnguentum.

*De quo illinatur calidè cum plumâ pernio vlceratus ſuppoſito linteolo mundo.Nõ vlceratus v.fortiter petroleo ante △ confricetur. Tanta vtilitatis eſt, vt quotannis plures iſtius Vng. libras in pauperes eroget.S.Cloß.Fiſſuras inſuper mamillarum & Eryſipelata leuiora ſanat præcedente fotu cum ▽.*

24.*Vnguentum contra ſcabiem.*

℞.Lithargyr.

Ceruſ.alb.an.℥iß.
Acet roſac.℥iß.
Ol.roſat.℥vi.
♀is viv.℥vi.
Sal.comm.ʒiij.
Butyr.recent.℥iij.
Terebinth.℥iß.
M.f.a.

25.*Vnguentum ſomniferum,F.F.*

℞.Opij thebaic.℈ij.
Croc.ʒß.
Vng.roſat.
alabaſtr.ana ℥ij.
Ol nuciſt.ʒv.℈j.
Acet ſambuc.parum.
F.l.a.Vnguent.

Vires.*Inungitur temporibus, fronti, & ceruici ponè aures,ad conciliandum ſomnum.*

26. *Vnguentum ſpleneticum.*

℞.Ol.Amygdal.amar.℥i.
Cappar.℥ij.
Nucl.perſic.expreſſ.℥ ſ.
Succ.Rad.Bryon.
Cyclamin.
Cicut.ana ℥ij.
Gumm.Ammoniac.in ✠diſſolut.
Bdell.ana ℥iß.
Pulu.Cort.cappar.
Tamariſc.à ℥ß.
Fraxin.ʒvi.
Ceterach.
Summ.centaur.min.à.ʒß.
Sem.Cymin.aceto macerati,& iterum exciccati.ʒij.
Ceræ nouæ,q.ſ.F.Vnguent.

Vires.*Vim habet calfacientem, emollientem,reſoluentem, aperientem, roborantem.*

N.*Penetrandi gratia poteſt addi* ʒj. *vel ij.Ol.ſpic. vel. Ol.ſtillatit. abſynth.* ℈iß.

27.*Vnguentũ Sympatheticum,Crollij.*

℞.Adip.Verris aprugn.
Vrſin.ana ℥iv.

Bulliant per horam dimidiam, in Vino rubro,fundantúrque ſuper aquam frigidam, colligatúrque pinguedo ſupernatans.

Dein

℞.Lumbricorum lotorum puluerif.
Cerebri aprugni
Santal.rubr.
Mumiæ
Hæmatit ana ℥i.
Vſneæ è cranio hominis interempti,℥i.

F.l.a. Vnguentum cum pinguedinibus illis.

N. 1. *Animalia illa quò ſeniora, eò adeps melior.*

N.2.*Vſnea colligenda* ☾ *creſcente, & in bona domo exiſtente,* ♀ *ſcil. ſi fieri poſſit non* ♂, *aut* ♄*i. Parandúmque Vnguentum* ☉ *in libra exiſtente.*

N.3. *Sunt qui omittunt Vſneam & Mumiam.*

*Vſus.*

Hoc Vnguento ſanantur omnia Vulnera,(modò nerui, arteriæ,&c. non ſint læſæ.) Vngatur telum,quo vulnus inflictum,quotidie ſemel, ſi neceſſitas vrgeat,& vulnus ſit ingens,alioquin ſeſecundo vel tertio die inunxiſſe ſufficit.

N.1 *Telum ſeruetur in linteolo mundo,& loco nimis calido,ne damnum inferatur Patienti. Cauendum etiam ne puluis ſuper telum cadat,nec ventus afflet in loco frigido,alioquin Patiens mirè affligeretur.*

N. 2. *Si Vulnus punctim inflictum, vngatur telum verſus mucronem deſcendendo.*

N. 3. *Si telum deſit,ſanguis ex vulnere lignello ſuſcipiendus, quod dein vt de telo*

*de telo dictum, tractandum. Hac ratione dolor dentium mitigari quoque poteſt, ſi nimirum lignellum ſanguine Ginuarum imbutum, eodem vnguento inungatur.*

Operatio huius Vnguenti perficitur identitate Balſami, ſiue ſpiritus illius Balſamici, qui in *homine* & cruore idem eſt. Inter *hos enim* ſpiritus non alia eſt *differẽtia*, quàm quod in homine Spiritus *ille* adhuc vitali actu vigeat, in cruore autem coagulatus ſit. Quare cum experiamur, affinitatem ſanguinis tantùm poſſe, vt vno fratre vel conſanguineo proximo, peſte correpto, & alter etſi longo viæ interuallo abſit eâdem afficiatur; quid non fieri poſſe, autumabimus, ſanguinis identitate?

28. *Vnguentum Terebinthinæ, vulgò Eyterſalbichen.*

Terebinth. ℔. ij
*Vitell.* ouor. num. vi.
Maſtich.
Myrrh.
Oliban. ana ℥ i.
F. Vnguent.

Vires. *In vulneribus generationem puris promouet.*

29. *Vnguentum Viride potabile, Butyrum viride, F. F.*

℞. Herb. Salu.
Hyſſop.
Praſſij
Menth.
Betonic.
Scolopendr.
Scabioſ.
Cichor.
Fœnicul.
*Meleſiſs.*
*Veronic.*
Matriſylu.
Aquileg.
Rut.
Petroſel.
Millefol.
Centaur. min.
Agrimon.
Ariſtoloch. rot.
Plantag. c. toto ana M. ij.
Butyri Maialis, ℔. viij.

Infunde herbas omnes recentes ſuo quamlibet *collectionis* tempore in butyro, ſténtque donec omnes collegeris & infuderis, poſtea exprime; expreſſum coque ad conſumptionem aquoſitatis, F. l. a. Vnguentum.

Vires *Expetitur à vulgo, aſſumitúrque ad ſanguinem coagulatum reſoluendum, dolores leniendos, pulmonum mucilaginem demulcendam & expellendam. Quin & extrinſecus ad dictos affectus adhibetur.*

NB Cùm maturante prælo ſequentia medicamenta ſuis locis nõ fuerint inſerta, ea hîc ſubiungere placuit, quod ne ægrè feras, Lector optime, te amicè rogo. Referatur igitur ad Caput XXXIX. dê Aquis reliquis.

1. *Aqua ophthalmica.*

℞. Aq. roſar. alb.
Lil. alb.
Fœnicul. an. ℥ x.
Bacc. Laur. contr. ℥ ij.
⊖i alb. ℥ ij.
Camphor. ℈ ij.

Bulliant. in diplomate & ſtent per noctem bene clauſa, manè colentur & conſeruentur pro vſu.

## Ad Cap. IL. de Decoctis p. 176.

2 *Decoctum laxatiuum P. de Spina.*

℞. Rad. Sarſ. parill. ℥i
Alth.
Borrag. an ℥ß.
Glycyrrhiz. ʒiß.
Digerantur hor. 24. in ℔. iv. ▽æ feruentis. Dein coquantur ad ℔. iij
Poſtea adde
Rad. Polypod. ℥ß.
Epithym. ʒiij.
Fol. Sen. el. ℥ß.
Agaric. troch. ʒiß.
Mechoacan. opt. ʒii.
For. Borrag.
Bugloſſ.
Violar. an. p. 1.
Tamarind. ʒvi.
Paſſular. min. ℥ß.
Dactyl. recent. N. iv.
Sem. Cartham. contuſ. ʒij.
Aniſ.
Fœnicul. an. ʒß.
Caryophyll.
Zinzib. an. ℈i
Coque adhuc parum ſ. a. dein exprimantur & colentur pro potu.

Vires: *Blande mouet aluum, acréſque humores obtundit, adeóque conuenit quã maximè in doloribus colicis.*

*Doſis.* ℥*iv. manè, & ſi libet poſt meridiem.*

## Ad Cap. LXXIII. de Pilulis, p. 255.

3. *Pilulæ hyſterica, Greg. Horſty.*

℞. Aloës ſuccotr. ℥iij.
Myrrh. opt. ℈j.
Extr. cal. ar.
Card. bened. an. ℈ß.
Croc. g. iij.
Rad. Gentian.
Ariſtol. long.
Dictamn. an. g. v.
Cum Rob. ſambuc. f. Maſſa

Vires: *In impuritate vteri, menſium obſtructione à craſſis & pituitoſis humoribus prouen iente, cum ſucceſſu exhibentur.*

*Doſis:* ʒß. *per dies aliquot continuando.*

Et ſic Finis eſto Libri Secundi.

PHARMACO